



Tax  
M61  
Ill

63



George W. ... 1829/30.



IOANNIS MILLERI  
ILLUSTRATIO  
SYSTEMATIS SEXUALIS  
LINNAEANI

---

QUAM E TEXTU ANGLICO  
EDITIONIS MINORIS  
TRANSLATAM

NUNC  
EMENDATAM

ADDITAMENTIS VARIIS PROPRIIS  
PRAECIPUE  
TERMINORUM BOTANICORUM  
NOTIONI INSERVIENTIBUS.

ATQUE  
INDICIBUS NECESSARIIS  
LOCUPLETATAM

ACCURAVIT  
D. FRIDERICUS GUILIELMUS WEISS  
SEREN. LANDGRAVIO HASSIAE RHINF. ROTENB.  
A CONSILIIIS AULICIS ET ARCHIATER.

---

VOLUMEN I.

---

FRANCOFURTI AD MOENUM  
APUD VARRENTRAPP ET WENNER.  
MDCCLXXXIX.

RECEIVED  
APR 11 1881  
HARVARD  
UNIVERSITY

TO THE HONORABLE MEMBERS OF THE  
LEGISLATIVE ASSEMBLY  
OF THE PROVINCE OF ONTARIO  
IN PARLIAMENTS ASSEMBLED

IN SENATE  
THE 11th DECEMBER 1911  
REPORT  
OF THE  
COMMISSIONERS OF THE  
LAND OFFICE  
IN RESPONSE TO A RESOLUTION  
PASSED BY THE LEGISLATIVE ASSEMBLY  
ON THE 11th DECEMBER 1911  
AND  
IN ANSWER TO A QUESTION  
ASKED BY THE HONORABLE  
MEMBER FOR BRANT COUNTY  
ON THE 11th DECEMBER 1911

PRINTED BY  
THE QUEEN'S PRINTER  
TORONTO  
1912

D V O B V S

G E R M A N I A E

S E R E N I S S I M I S P R I N C I P I B V S

Q V I S E R I A S

G R A V I S S I M A S Q V E C V R A S

I N S A L V T E A C F E L I C I T A T E

T E R R A R V M S V A R V M

D E F I X A S

M V S A R V M C V L T V R E L A X A N T

S C I E N T I A S A R T E S Q V E

F O V E N T

P A T R O C I N I O C L E M E N T I S S I M O

C A R O L O  
E M A N V E L I

LANDGRAVIO HASSIAE  
RHINFELSO ROTENBURGICAE  
STIRPIS

PRINCIPI HERSFELDIAE  
COMITI CATTIMELIBOCI  
DECIAE ZIEGENHAYNAE  
NIDDAE SCHAVMBURGI  
RELIQVA

EQVITI VELLERIS AVREI  
CETERA



C A R O L O

A V G V S T O

D V C I S A X O N I A E

V I N A R I E N S I S E T I S E N A C E N S I S

S T I R P I S

I V L I A C I C L I V I A E M O N T I V M

A N G A R I A E E T G V E S T P H A L I A E

L A N D G R A V I O T H V R I N G I A E

M A R C H I O N I M I S N I A E

C O M I T I H E N N E B E R G A E M A R C A E

E T R A V E N S B E R G A E

C E T E R A

HOC EXIMIVM OPVS  
A  
IOANNE MILLERO  
PATRIA GERMANO  
NVNC  
INTER ANGLOS DEGENTE  
SCIENTIA BOTANICI  
CVM PICTORIS ET SCVLPTORIS  
ARTIBVS FELICISSIME CONIVNCTIS  
ELABORATVM

NVNC

SCIENTIAE REI HERBARIAE

CULTORVM VOTIS

VT SATISFIERET

EX

ANGLICO IDIOMATE

IN LATINVM TRANSLATVM

ADDITAMENTIS VARIIS AVCTVM

OMNIVMQVE GENTIVM VSVI

ACCOMODATVM

# TANTIS NOMINIBVS

INSCRIPTVM

CONSECRAT

PIETATE ET OBSEQVIO

DEVOTVS

FRIDERICVS GVILIELMVS WEISS.

---

# P R A E F A T I O

## E D I T O R I S.

I. **S**criptorum quidem haud exiguus est numerus, quae rationem dispositionis Vegetabilium in Systemate sexuali Linnaeano docent, artisque explicant Terminos, quibus b. Eques a LINNE' in describendis Characteribus plantarum usus est: at vero haec omnia longe superat, excellens et Iconum praestantia, et interpretationis claritate, magnum illud splendidumque Opus, quod, fausto rarissimoque scientiae Botanici cum artibus Pictoris Sculptorisque connubio absolutum, Vir meritis suis Clarissimus IOANNES MILLER, ab anno 1770. ad 1777. edidit, collectis XV. Fasciculis sub titulo:

Illustratio Systematis sexualis Linnaei, per Ioannem MILLERUM.

— An Illustration of the sexual System of Linnaeus, by John MILLER. Londini. Folio maximo imperiali.

praeter Titulum, auctum ingenioso pulcherrimoque Emblemate, comprehendens: Tabulas Iconum caelatas CCXII. quorum CVIII. coloribus fucatae sunt; et CIX. plagulas impressas, Characteres CIV. plantarum, Foliorumque diversas

formas, IV. Tabulis expressas, Terminis artis duarum linguarum, latinae et anglicae, explicantes.

Gloriosum, LINNAEO adhuc superstite, hoc Opere exstructum, certans perennitate cum aere et marmore Monumentum, quo, Summi Viri nomen atque merita, ad omnem posteritatis memoriam consecravit MILLERUS, remuneraverunt Illius gratissimum animum testantia, praeclara laudum, unanimi Botanicorum consensu atque applausu approbata encomia. (\*)

---

(\*) Continentur in LINNAEI Epistolis quatuor, datis ad Ioannem MILLERUM, insertisque Huius Operi maiori, post Praefationem; quas, totidem verbis descriptas, hic tradimus.

## I.

„Viro spectatissimo amicissimo Do. Ioh. Miller.  
S. pl. Car. v. Linné.

Quae tua amicitia ad me misit die 4. Octobris ultimi, accepi die 1. Februarii huius anni, pro quibus gratias ago habeoque maximas.

Tabulas tuas stupendae pulchritudinis opus, miratus sum, nec vidi unquam pulchriores. Anatomiam partium fructificationis nullus mortalium tam vivide, tamque accurate exposuit. *Theobromam augustam* habeo et descripsi dudum. *Ficus* fructificationem graphice delineasti; ego nunquam ipse in meis vidi antheras; sed novi sexum triplici modo observatum in ficu fuisse. Examinabo etiamnum dum floret in meis.

Hoc opus magis illustrat meum systema, quam centum alia: hoc me rapiet in tuum servitium devotissimum.

Opere tuo magnificentissimo documentum amicitiae tuae in me summum reliquisti, pro quo te, dum vixero, sanctissime colam.

Vale, vir amicissime, et me tuum esse sine. Upsal-  
liae, 1773. Die 8. Februarii.”

2. Splendidissimum vero MILLERI Opus,  
(I.) idque utilissimum, at nonnisi magnis sum-  
ptuum impensis comparandum, hinc recondi-

## II.

„Viro dilectissimo Do. *Ioh. Miller.*

S. pl. *Car. v. Linné.*

Cum Do. *Gahn* in patriam reduce, paulo ante ferias  
nativitatis Christi, nec antea, accepi aurea tua dona.  
Tabulas puto, alterius fasciculi, quibus similes nun-  
quam orbis vidit, sive spectes florum anatomiam, sive  
totius plantae iconem et pulchritudinem.

Pro his omnibus ac singulis devotissimas reddo gra-  
tiarum actiones. Dicam mihi titulum libri huius, ut  
queam eas suis locis allegare, quae, si unquam ullae,  
allegari merentur.

Grates etiam reddo pro feminibus, quae proxima  
aestate me, si vitam Deus, exhilarabunt.

Upsaliae 1774. Die 10. Ianuarii.

## III.

„Amicissimo suo *Millero.*

S. pl. *Car. v. Linné.*

Ante mensem mihi ad te litteras per illustrissimum Dr.  
*Fothergillum*, quoniam tua domus Londini, (Adresse)  
e memoria exciderit.

Hodie tuam habeo epistolam Londino, die 18. Ia-  
nuarii, quod nullum a me habuisti responsum ad tuas  
binas epistolas datas.

Tabulas Do. *Gahn* traditas rite accepi paulo ante  
finem anni, nec antea, quod in literis sub Dr. *Fother-*  
*gill*: agnovi et gratias egi.

Ne credas oro, me fore ita ingratum, ut oblivisce-  
rer tui, qui me tot honoribus amicitiaeque documen-  
tis maectasti, ut vix ullus pluribus, et pro quibus, dum  
respiro, in tuo aere sum. Tabulae tuae, tam pulchrae  
sunt, ut nullas unquam viderim pulchriores.

Dabam Upsaliae 1774. Die 18. Februarii.”

## IV.

„Amicissimo suo Do. *Ioh. Millero.*

S. pl. *Car. v. Linné.*

tum inter Bibliothecarum Principum Academia-  
rumve thesauros, quam paucis licuit perlustrare,  
eiusque frui commodis ac utilitate, frustra sane  
expetitur plurimorum votis! —

3. Tandem et his annuens, tot assiduis pre-  
cibus Cultorum Scientiae permotus, Cl. AU-  
CTOR denuo labori se dedit, in Epitomen  
Operis maioris (i.) impenso, quam cum textu  
anglico edidit, titulo praefixo:

An Illustration of the sexual System  
of Linnaeus, by John MILLER.  
Vol. I. Londini, 1779. octavo mai.

4. Sic Anglis, horumque linguae peritis,  
exoptata contigit felicitas, longe minori sum-  
ptuum impensis sibi comparati Operis Milleriani  
usu frui posse, quae tamen Exteris, anglicae lin-  
guae peritia destitutis, hucusque denegata fuit.

---

Accepi literas tuas datas 20. Iunii, candidissimo tuo  
affectu, in me amore, sudantes, utinam possem aliquo  
testimonio testari, quanti te faciam.

Donum tuum operis immortalis charioris veniet  
pretio, quam ut id remunerare valeam. Figurae enim  
sunt et pulchriores et accuratiores, quam ullae, quas  
vidit mundus a condito orbe.

Upsaliae 1775. Iulii 25."

Transcripta e Praefatione Operis Milleriani minoris  
anglici, addimus quoque adhuc, sequentia verba, quae  
continentur in Epistola a *Car. v. Linne* Filio, ad Cl.  
*Millerum* data:

„Nunquam satis testificari possum quantum tibi no-  
mine patris debeo; nullus magis extollit eius  
operam, labores, quam tu pulcherrimis tabulis,  
quae non solummodo nitore sed etiam exactitu-  
dine imitantur naturam, ut nihil similis a mor-  
talibus praestari possit.”



5. Iam optime autem consultum est et horum indigentiae: id quod acceptum referant Viro, et scriptis, et scrutinio indefesso, quo rerum dubiarum abstrusarumve notitiam illustravit, de scientia naturali meritissimo, IOANNI HENRICO MERK, Seren. Landgravio Hassiac. Darmstad. a Consiliis bellicis, qui, pro singulari sua propensione, communi utilitati et commodis litteratorum quovis modo inserviendi, primum artifice peritissimo selectu provido inter plures exquisito, ac suscepta directionis propriae cura, in negotio arduo, Iconum Operis Milleriani minoris (3.) archetypa, quam accuratissime sculptura et colorum pictura imitandi, ut fiant Tabulae, quales exhibuit summa solertia elaboratas, Carolus GOEPFER, olim *Rylandi*, inter artifices Londinenses sculptura celeberrimi discipulus, (quem autem arti praemature ereptum infelici fato lugemus); dein suavor et auctor fuit, ut, idiomatico latino restituti Operis minoris Milleriani, (3.) editionem pararent Bibliopolae Francofurtenses, VARRENTRAPP et WENNER, quorum officina, florens pacto sociali studiorum, in edendis Scientiarum profectui utilissimis Operibus, apud Germanos et Exteros iamdudum inclaruit.

6. Haec nostra, nunc omnium gentium usui accommodata Editio, ut adoptione honorifica, a Clarissimo AUCTORE Operis, suscipi digna evadat, et Fautorum Cultorumque scientiae rei herbariae approbationem mereatur, scopus nobis principalis fuit: conatum et laborum praemium,

quod, tum sumptibus haud exiguis, in typorum iconumque praesertim elegantiam, tum cura ac sollertia summa, in cuique demandata officia rite peragenda impensis, freti dulci spe optati successus, omnes, viribus coniunctis assequi certavimus. —

7. Privatis quas in patria Academia Göttingensi olim habui praelectionibus, ut Scientiae botanicae Fundamenta clarius illustrare possem, iam ante XV. annos, grato mihi atque iucundo incumbere labori, ex insigni Operum botanicorum copia, Iconibus integras non solum plantas, sed et singulas earum manu artificiosa dissectas partes repraesentantium, quae affatim suppeditabat ditissimus Bibliothecae academicae thesaurus, Figuras sedulo colligendi, ad construendum

*Apparatum Figurarum selectarum*, delineatione, itemque pictura archetypa imitantium, quibus viva quasi Naturae ipsius voce, optime explicantur Termini artis.

8. *Serenissimo Principi, CAROLO AUGUSTO, Duci Saxoniae Vinariensis, Clementissimo Scientiarum Fautori*, in praesentia sua, qua anno MDCCLXXXI. Academiam patriae meae honoravit, perlustrare Apparatum meum Figurarum (7.) gratiosissime placuit, meque exhortari, ut ulterius continuata collectione, tandem selectissimas earum publici iuris facerem.

9. Sic explicando Terminos artis, demonstratione partium plantarum, in Figuris huic scopo accommodatis (7.) felicissime doceri posse prima Scientiae rei herbariae fundamenta, discipulorum insignis atque celer profectus, pluries comprobavit.

10. Eiusmodi optimas, easque ad vivarum plantarum exemplar, apta iam dispositione concinnatas, partesque Fructificationis, tum omnes coniunctim naturali nexu, tum separatim singulas, miro artis anatomicae et picturae connubio repraesentantes Figuras, (7.) plurimas suggestit utrumque aureum MILLERI Opus; (1. 3.) ac studio plurium annorum, ex his aliisque operibus, Figuras colligendi, tanta sensim confluit materiarum, variis aliis usibus simul inserviando aptarum copia: ut, memor honorificae illius exhortationis, (8.) ex iis, rite digestis,

proprium Tractatum formarem, qui inito pacto cum *Varventrappio* et *Wemero*, iam anno MDCCLXXXV. prelum expectabat, destinato eidem titulo:

*Bibliotheca phytographica selecta*; exhibens notitiam pleniorum, Operum quorundam, Iconibus rem herbariam illustrantium, quorum communis utilitas autem, vel insigni pretio eorundem, vel exemplarium raritate impeditur.

Primum eius Volumen comprehensisset, praeter Summarium maioris minorisque Operis Mille-

riani, (1. 3.) selectum Figurarum, cum interpretatione Terminorum artis, in speciali Capite, systematico ordine digestorum, praefixo titulo: *Termini botanici*, maximam partem Mille-rianis, partim propriis Figuris illustrati; — annexo dein Terminorum alphabetico Indice.

Pari ratione, in reliquis sequentium aliquot Voluminum, de pretiosis rarioribusque Operibus, Illustris Jacquini, variisque aliis, e. g. Hill's Vegetable System; Regnault Botanique; — Ehreti Figur. select. — Curtis Flora Londinensis; etc. agere, animus fuit: facta nempe critica cum Operibus similis argumenti comparatione, qua pateat: quid observationum novarum, vel emendationum contineant? supplendo Indices necessarias, si deficient; maxime notabilia enucleando, inque Epitomen redigendo; ut *Bibliotheca phytographica*, tum ipsis Operum possessoribus, inservire usui commodiori, tum reliquis, iisdem carentibus, suppetias quodammodo ferre potuerit. —

At concinnato iam manuscripto ad Voluminis primi impressionem, a proposito me avocavit mutatio rerum mearum, discessu ab urbe patria et thesauris suis litterariis transiundo in ministeria *Serenissimi Principis CAROLI EMANUELIS, Landgravii Hassiae Rhin-felso-Rotenburgici*, quae praxeos medicae officii, per aliquot annos, me totum dare postulabant.

II. Sed haud frustra omnino suscepti fuerunt labores, (7. 10.) nec prorsus inanes atque steri-

steriles. — Propitio enim scientiis *Serenissimi Principis, Domini mei longe clementissimi* induktu, otium concessum, faustam mihi, revocatis pristinis quibus tantopere delectabar studiis, obtulit occasionem, denuo pertractandi destinatam antea Bibliothecae phytographicae (10) materiam, ac pleraque, ad illustrationem Terminorum botanicorum spectantia, nunc transferendi in

Commentationem, quam **FUNDAMENTA Systematis sexualis Linnaeani**

inscriptam, instar Introductionis, praemisimus nunc Editioni nostrae Operis Milleriani minoris.

12. Indicem alphabeticum solummodo Terminorum botanicorum, addendo singulis definitiones succinctas pro illustratione, et indicando selectas Tabularum Figuras, ad finem Operis Milleriani, ab alio iam translatis, annectere, primum quidem erat propositum.

13. Quum autem Versio latina textus Milleriani, qualem mihi communicaverunt Bibliopola, manca nimis, ac intellectu saepe obscurior videretur, petierunt a me, ut aliam, clarius **AUCTORIS** sententiam exprimentem, emendationibus passim, additionibusque interpolatam, et Operis scopo magis accomodatam versionem, ipse iis procurarem.

14. De vera Doctrinae Terminorum botanicorum notione, origine, necessitate

summa pro addiscenda Botanices scientia, (†) variis methodis eam docendi, emolumentis atque commodis praecipuis, quae et Docenti, et Discipulo nascuntur, e demonstratione in Iconibus, dissectas ex arte plantarum partes, secundum Naturae archetypa experimentibus, fusius alibi iam egi, in proprio Programmte, (††) et sane est quod certo sperare licet, hocce assertum meum, (9.) usu ipso Operis Milleriani, eiusmodi Figuris

(†) Quantum tribuat Ill. IACQUIN sententiae, exquisitis argumentis confirmatae, quam b. ROUSSEAU sequentibus verbis exposuit, eadem repetendo, atque titulo Compendii sui Institutionum botanicarum, (*Anleitung zur Pflanzenkenntniß nach Linné's Methode. Wien 1785. octav.*) subiungendo, ostendit.

„Il s'agit de savoir, si trois cens ans d'études et d'observations doivent être perdus pour la Botanique, si trois cens volumes de figures et de descriptions doivent être jetés au feu, si les connoissances acquises par tous les savans, qui ont consacré leur bourse, leur vie et leurs veilles à des voyages immenses, couteux, pénibles et périlleux, doivent être inutiles à leurs successeurs; et si chacun partant toujours de zéro pour son premier point, pourra parvenir de lui même, aux mêmes connoissances, qu'une longue suite de recherches et d'études a répandues dans la masse du genre humain. Si cela n'est pas, et que la troisième et plus aimable partie de l'Histoire naturelle mérite l'attention des curieux, qu'on me dise comment on s'y prendra, pour faire usage des connoissances ci-devant acquises, si l'on ne commence par apprendre la langue des auteurs, et par savoir, à quels objets se rapportent les noms employés par chacun d'eux. Admettre l'étude de la Botanique, et rejeter celle de la nomenclature, c'est donc tomber dans la plus absurde contradiction.”

*Melanges. Vol. IV.*

(††) Dr. Frid. Wilh. Weis's Vorbereitung zum Unterricht in den Grundkenntnissen der Botanik. — Göttingen 1781. 4to.

ditissimi, et huic scopo a nobis summa cum industria accomodati, ulterius probatum iri.

15. Anatomiam partium plantarum, artem, ad cuius cognitionem vix unquam tirones, nisi praevia docentis manu ductione pervenient, cuiusque praecepta aliis tradere, vel peritissimo difficile erit magistro; hanc, inquam, optime docebunt Tabulae Iconum Millerianae, si modo, quae in iisdem ante oculos proposita vides, tot praestantissima, tamque multifaria exempla, studiose intueri atque imitari velis.

16. Commentationem nostram quod attinet, qua systematico ordine concinati explicantur artis Termini, haud contenti fuimus sola definitionum, e scriptis Linnaeanis, compilatione, sed, quod praecipuum est interpretis officium, easdem a dubiis, quatenus licuit, expeditas et illustratas tradere studuimus. — Quam arduum, difficile ac molestum saepe hoc fuerit negotium, diiudicent periti Scientiae magistri; quorum aequo relinquimus arbitrio, vel assensum, vel correctionem: utrumque enim nobis erit gratissimum laboris ultro suscepti praemium, Terminos definitionesve, de quorum idea ambigi poterit, investigandi, et conatum, quibus eandem explicare annisi sumus.

Hac quidem molestia facile nos liberare potuissimus, si, quod plerumque fieri solet, vel praetermittere res dubias silentio, vel consuetis definitionibus easdem proponere placuisset. — Sed plane contrarium hoc censuimus intentioni,

quae nobis fuit: allevandi quovis modo tironibus studium Botanices; ac munito animo eorum contra fallacias opinionum, directa consideratione in Naturam ipsam ducem atque magistram, cavendi noxas et errores, a nimia, iudicii experte fiducia in dicta auctorum, quibus idea Terminorum per saepe ambigua redditur atque obscura.

17. Duo praecipue sunt momenta, de quorum difficultate, variis ex causis, queri solent tirones; quibusque haud penitus perspectis atque cognitis, res permultae, et in LINNAEI, et aliorum Botanicorum Systematibus, nec dilucide explicari, nec dati a LINNAEO Plantarum Characteres rite intelligi queunt: Inflorescentia (p. 76 — 137.) scilicet, et Systematum notio generalis, dein specialibus applicanda; (p. 137 — 220.) hinc tantum operae impendi, pro viribus, in eorum illustrationem, quantum debui, ut satisfacerem tironum votis.

18. Par est ratio, cur in Explanatione Classium Ordinumque Systematis sexualis Linnaeani, (p. 163 — 220.) subiunctis ipsarum Plantarum genericis et specificis Characteribus succinctis uti tentaverim: itemque:

19. Cur necessarium visum fuerit, supplere Ordinum paucorum quorundam exempla, simili modo, Characteribus succinctis genericis, (factitiis *Lin.*) ac specificis sic dictis Nominibus Plantarum, quarum *I c o n e s* in Opere Milleriano desiderantur.



20. Consulto allegavi semper in Explicatione Iconum MILLERI, *Editionem sextam Generum Plantarum LINNAEI*; huic enim, in plurimis, Cl. A U C T O R textum accomodavit. Ut vero comparatione pateat: quomodo, et in quibus momentis, differant ILLIUS Descriptiones a Linnaeanis? hasce, pariterque proprias quasdam interpolatas passim observatiunculas, distinximus unculis, ( ) et nomine meo adnexo.

21. Anglica solummodo Plantarum nomina, cum patria, et loco natali, exhibet Millerianum Opus minus; (3.) quibus in nostra editione accedunt: ipsa LINNAEI Nomina trivialia, ut appellantur, allegando *Specierum Plantarum editionem tertiam*, itemque usitatiora e germanicis, adiecta quoque distinctione arboris, fruticis, suffruticis, plantae annuae, biennis, perennis.

22. In anglica Operis Milleriani minoris editione, typos adeo coarctare necesse fuit, ut singula comprehendat pagina integram Characteris descriptionem, qua Icon Tabulae eidem oppositae explicatur. At vero operis mutato scopo, eiusdemque limitibus motis, id singulare, quod legenti offert Opus maius, (1.) perspicuitatis commodum, lineis singulis distinctam quandam ac principalem exprimendo ideam, in nostram editionem quoque transferre, atque simul, ob maius spatium concessum, plures easque specialius determinatas allegare potuimus figuras, citatis omissis quibusdam, correctisque sedulo sphaematibus typographicis, quibus figurae in anglica editione quandoque perperam indicantur.

23. In Characteribus plantarum IV. Ordinum Classis ultimae: *Polypodii, Bryi, Fuci, Agarici*, (Tab. CI. --- CIV.) mutatione seriei rerum, recessimus quidem a textu Cl. AUCTORIS, haud vero ab Ipsius sententia, ut conformando eosdem reliquis praecedentium Characterum, magis fierent perspicui.

24. Similis scopus et causa fuit quoque additionis Nominum plantarum inscriptorum Tabularum fronti, aliarumque in his interpolatarum a nobis correctionum, quas, optimo animo cum factae sint, speramus, Cl. AUCTOREM haud improbaturum fore.

25. Separatas a textu, offert Iconum Tabulas, Volumen II. editionis nostrae, in commodioris usus insigne emolumentum.

26. Additionum multo plures forent, si haud solummodo praecipuorum, sed omnium in Characterum descriptionibus occurrentium Terminorum, ut et reliquorum definitionibus traditis, earumque illustrationi inservientibus exemplis Figurarum, petitis ex omnibus atque singulis Iconum Tabulis, tum utriusque Milleriani, (1. 3.) tum aliorum Operum, universam botanicorum Terminorum doctrinam interpretandi, Commentationis nostrae, et subiuncti Indicis, scopus fuisset; itemque si accessissent, interpolatae passim, diversae a Millerianis Linnaeanisque, *aliorum* Botanicorum observationes.

27. Nec vitio vertent nobis aequi rerum iudices, aut ideo nos incuriae atque negligentiae

accusabunt, quod, in Explicatione Systematis sexualis Linnaeani, nullibi mentionem factam reperiant, insignis illius mutationis, quam, post LINNAEI obitum, eius Systema, Classibus et Ordinibus quibusdam deletis vel conversis, variisque Generibus translatis, nuperrime passum est. — Sic enim commutatum, sane admodum dissimile ac longe alienum deprehenderetur, a *Systemate, in LINNAEI scriptis tradito*, quod ipsum vero MILLERI Operibus illustratur.

28. Porro quoque omnia ista (26. 27.) haud commode Operi Milleriano ipso adnecti potuerunt, ob fusiores, quibus indigent, eius scopo praescriptos limites nimium excedentes interpretationes. Sed defectum eorum supplendi alia ratione, melior forte mox eveniet occasio.

29. Absoluta enim annunciata nuperrime Operis Milleriani maioris (1.) editione, quam, adiuti Fautorum Cultorumque artis, subscribendo suffragia ferentium assensu, nunc paramus,

proprio *Commentario* elaborato, *Supplementa* quaedam addere, propositum nobis est; quibus et hisce desideriiis, et commodis aliis variis, optime nos consulere posse, speramus.

30. Ultimaе typorum correctionis curam ipsi suscipere haud potuimus, absentia ab officina impediti; hinc, nobis invicis, quaedam irrepserunt mendae atque errata, (quorum praecipua ad calcem recententur,) excusanda verissimo, ac

sane vel plurimis rebus humanis applicando dicto,  
celeberrimi Anglorum Poetae:

„ *Whoever thinks a faultless piece to see,  
Thinks what ne'er was, nor is, nor e'er shall be.*

POPE *Essay of Criticism.*

Quod superest, cum publica gratiarum actione, ut quodammodo officium debitum reddere queamus, testificamur singularem favorem, et auxilium insigne, quo nos sublevavit, Vir nominis fama Illustris, *Chr. Gottl. HEYNE*, benevole concedendo usibus nostris, exemplar nitidissimum Operis Milleriani minoris, e regia Academiae Gottingensis bibliotheca.

Scr. Rotenburgi Hassorum, mense Iunio,  
anni MDCCLXXXIX.

---

**FUNDAMENTA**  
*SYSTEMATIS SEXUALIS*  
*LINNAEANI,*

---

INTERPRETE  
FRIDERICO GUILIELMO WEISS.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE 10

STATISTICAL MECHANICS

ENTROPY

AND INFORMATION THEORY

LECTURER: JOHN H. COOPER

DATE: 1963

REVISIONS: 1964

BY: J. H. COOPER

REVISIONS: 1965

BY: J. H. COOPER

REVISIONS: 1966

BY: J. H. COOPER

---

*FUNDAMENTA*  
SYSTEMATIS SEXUALIS  
LINNAEANI,

INTERPRETE

FRIDERICO GUILIELMO WEISS.

---

**L**oco Sectionis IV. *Philosophiae botanicae LINNAEI*, cuius titulus est: *FRUCTIFICATIO*, quam anglice versam, additis figurarum allegatis quibusdam, ac passim Terminorum per voces anglicas brevissima explicatione, in vicem Introductionis, minori editioni Operis sui praemisit Cl. *MILLER*; exhibemus hic, nomine *FUNDAMENTORUM*, prolixiorem, ufui tironum magis accommodatam pertractationem

*notionum praecipuarum, pro intellectu faciliori*  
*TERMINORUM artis, quibus Plantarum*  
*Characteres a LINNAEO describuntur,*

systematice concinnatam, colligendo sparsa sub titulis Capitum sequentibus:

CAPUT I. *Vegetabilium Idea generalis.*

CAPUT II. *LINNAEI Theoria Fructificationis: sive*  
*Termini principales Partium Fructificationis, defi-*

*nitioibus, exemplis, et selectis Iconum figuris illustrati.*

CAPUT III. *Systematum botanicorum notio generalis.*

CAPUT IV. *Clavis, et Schema Systematis sexualis LINNAEANI, cum explicatione Characterum Classium et Ordinum.*

## C A P U T I.

### VEGETABILIIUM IDEA GENERALIS.

#### §. I.

**H**oc Capite, ob commodum materiarum nexum, generali notione *VEGETABILIIUM*, e differentia a reliquis corporibus naturalibus, (§. 2.) ac brevi explicatione: quid sit *BOTANICA*? praemissis, (§. 3.) praecipua momenta indicantur, quae spectant:

- a. ad *texturam* Vegetabilium; (§. 4.)
- b. earum *substantiam*; (§. 5.)
- c. *distinctionem*, *LINNAEO* placitam, Vegetabilis in tres primarias partes: *RADICEM*, *HERBAM*, *FRUCTIFICATIONEM*. (§. 6.)

De ultima fufius agetur fequenti Capite.



## §. 2.

In Introductione *Philosoph. botan.* (p. 1.) legimus sequentia *LINNAEI*:

1. „Omnia quae in Tellure occurrunt, Elementorum et Naturalium nomine veniunt. Elementa simplicia sunt, Naturalia composita arte divina. Physica tradit Elementorum proprietates. Scientia naturalis vero Naturalium.”

2. „Naturalia dividuntur in Regna Naturae tria: LAPIDEUM (f. Minerale,) VEGETABILE, ANIMALE.” Differentiae notas tradit:

3. „LAPIDES crescunt. VEGETABILIA crescunt et vivunt. ANIMALIA crescunt, vivunt et sentiunt.”

## §. 3.

BOTANICA, BOTANICE, secundum *LINNAEUM* est: Scientia Naturalis, quae Vegetabilium cognitionem tradit: secundum

*LUDWIGIUM*: Scientia Vegetabilium, f. cognitio eorum, quae per plantas et in plantis fiunt: secundum

*BOERHAAVIUM*: Scientiae naturalis Pars, cuius ope felicissime et minimo negotio Plantae cognoscuntur et in memoria retinentur.

## §. 4.

TEXTURA Vegetabilium triplici vasorum, sive organorum cavorum compage constat:

1. *Vasa succosa*; quae sunt Organa liquorem vehentia; sive Canales, succis per eos promovendis repleti, plerumque recti.

2. *Utriculi*; quae sunt Organa secretoria, alveolis succum conservantia; sive sacculi, pulpa viridi ut plurimum pleni, vasorum interstitia explentes.

3. *Tracheae*; quae sunt Organa attrahentia aerem; sive Canales spirales aeri recipiendo et distribuendo destinati.

### §. 5.

SUBSTANTIA Vegetabilium quintuplex, vel potius sextuplex:

1. *Epidermis*, extima tunica, sicca, tenuissima, membranacea.

2. *Cortex*, secundum integumentum, lamellis conflatum, laxum, siccum, durius, saepe rimosum.

3. *Liber*, tegumentum tertium, membranaceum, succidum, flexile.

4. *Alburnum*, intermedia substantia Libri (n. 3.) et Ligni: (n. 5.) Haec saepe communi appellatione simul sub voce Libri (n. 3.) velut pars eiusdem intelligi solet.

5. *Lignum*, Liber (n. 3.) praecedentis anni, nunc exsuccus, induratus, agglutinatus.

6. *Medulla*, substantia intima, vesiculosa, internumque parietem trunci cavi obducens.

Hae omnes (n. 1 — 5.) tot quasi circulis concentricis Medullam (n. 6.) ambientes, in transversim secto arboris trunco, facillime, vel nudo oculo distinguendae.

§. 6.

PARTES Vegetabilium primariae tres distinguendae:

I. RADIX, descendens, aquosa forbens, (figens loco,) nutriens plantam.

II. HERBA, ascendens, aerea spirans, (trunco multiplicans, fulcris sustentans, armis defendens,) foliis movens plantam.

III. FRUCTIFICATIO, pandens, aetheria halans, generans. (§. 7.) vid. Termin. botan. ed. Gifek. alt. p. 19. n. 7.

## CAPUT II.

LINNAEI THEORIA  
FRUCTIFICATIONIS:

SIVE

TERMINI PRINCIPALES PARTIUM  
FRUCTIFICATIONIS,DEFINITIONIBUS, EXEMPLIS, ET SELECTIS  
ICONUM FIGURIS ILLUSTRATI.

§. 7.

**F**RUCTIFICATIO, (§. 6. III.) secundum *LINNAEUM* est:

„Vegetabilium pars temporaria, Generationi dicata, antiquum Vegetabile terminans, novum incipiens; huius *Partes* septem numerantur:

I. CALYX. II. COROLLA. III. STAMEN.  
IV. PISTILLUM. V. PERICARPIUM. VI. SEMEN. VII. RECEPTACULUM.”

§. 8.

Harum partium (§. 7. I — VII.) *Evolutio*, FLORESCENTIAE appellatur Stadium primum; *Aëtio generationis* secundum; cui *Maturatio*, Stadium tertium, succedit.

## §. 9.

Ut vero *LINNAEI* Theoria Fructificationis (§. 6. 7.) eo clarius tironibus pateat, explicationem *Terminorum*, quibus in descriptione *Partium Fructificationis* sive *Floris* usus est, addendo iis simul generaliora physiologica de officiis earum praecipuis momenta, in *quatuor Sectiones* distribuimus.

SECTIO I. *Integumenta Floris*: A. Calyx. (§. 10.) B. Corolla. (§. 18.) Pars adiecta: C. Nectarium. (§. 25.)

SECTIO II. *Partes essentielles Floris*: (§. 27.) sive *Organa Generationis mascula*: D. Stamen. (§. 28.) *feminea*: E. Pistillum. (§. 30.) F. *Sexus Florum et Vegetabilium*. (§. 32.)

SECTIO III. *Producta Generationis: Fructus maturus*. G. Pericarpium. (§. 33.) H. Semen. (§. 44.)

SECTIO IV. *Sustentacula partium Fructificationis*: I. Receptaculum. (§. 49.) K. Inflorescentia. (§. 56.)

CAPIT. II. SECTIO I.

INTEGUMENTA FLORIS:

A. CALYX. B. COROLLA. PARS ADIECTA:  
C. NECTARIUM.

A. CALYX.

(§. 7. I. §. 9. Sect. I. A.)

§. 10.

CALYX definitur a LINNAEO: „Cortex Plan-  
tae in fructificatione praesens.”

i. e. Laminarum Corticis (§. 5. n. 2.) ultima  
productio, Floris Tegmen extimum constituens.  
Addimus:

I. Ob SUBSTANTIAM firmam, a TEXTURA  
e fibris solidioribus, *Calyx* utplurimum viridis  
esse solet: Pro teneriore vero textura, colore  
nativo viridi in alium vivaciorem mutato, ali-  
quando variegatus, quin adeo totus coloratus  
evadit.

Exempla:

*Calyx subcoloratus*: RUMEX crispus. Tab. 20. Fig. 2.  
K.\* magnitudine aucta. SEMPERVIVUM tectorum.  
Tab. 40. Fig. 1. 2. 3. RANUNCULUS bulbosus.  
Tab. 51. Fig. 1.

*Calyx variegatus*: MOLLUGO verticillata. Tab. 8. Fig. 1. 2. 3. \* magn. auct. ASARUM canadense. Tab. 37. Fig. 1. LUNARIA annua. Tab. 54. Fig. 1. 2. K.

*Calyx coloratus*: CANNA indica. Tab. 1. Fig. 1. 3. K. MYOSURUS minimus. Tab. 17. Fig. 1. 2. K. \* magnit. aucta. PUNICA Granatum. Tab. 41. Fig. 1. 2. K.

2. USUS *Calycis* est: a) infervit succorum praeparationi, qui. magis depurati, dein feruntur ad Floris reliquas partes: b) defendit easdem ab externis injuriis, praecipue vero a noxis nimii frigoris, caloris et pluviae.

3. SPECIES *Calycis* sequentes septem LINNAEUS distinguit: 1. PERIANTHIUM. (§. 11.) 2. INVOLUCRUM: (§. 12.) 3. AMENTUM. (§. 13.) 4. SPATHA. (§. 14.) 5. GLUMA. (§. 15.) 6. CALYPTRA. (§. 16.) 7. VOLVA. (§. 17.)

De harum notis differentiae, singulatim (§§is indicatis) praecipua momenta trademus.

4. Notamus indicantes *Calycis* COMPOSITIONEM, (a. b.) DURATIONEM eius, (c. d. e.) et SITUM, respectu ad Germen, (f. g.) Terminos sequentes praecipuos:

a. *Monophyllus Calyx*: i. e. continuus five cohaerens, licet ad marginem five limbum crenatus sit in dentes, vel aliquanto profundius in lacinias fissus.

b. *Polyphyllus*: vel numero partium determinato; di -- tri -- tetra -- penta -- hexaphyllus etc. si

Calyx ad basin usque sectus est in plures partes, quae *foliola Calycis* audiunt. Confer quoque paullo infra (§. II, d. e.) *Calycis communis et proprii* distinctionem.

c. *Caducus*: qui ante Floris perfectam evolutionem iam delabitur.

d. *Deciduus*: qui peracta Florescentia cadit.

e. *Persistens*: qui post Florescentiam perdurat.

f. *Inferus*: i. e. infra Germen situs.

g. *Superus*: i. e. supra Germen situs. In hoc casu aliquando Germen intra Calycem ipsum inclusum locatur.

h. *Deficiens*: sive *nullus*. Talis *Flos nudus* appellari solet, in quo tunc Corolla, vel aliae partes, Calycis vices supplent.

i. *Plures Calyces* in quibusdam plantis occurrunt; vel  $\alpha$ ) eiusdem, vel  $\beta$ ) diversarum specierum.

### E x e m p l a :

a. *Monophyllus Calyx.*

*bifidus*: ADOXA Moschatellina. Tab. 28. Fig. 1. 2. \*  
magn. auct.

*semitrifidus*: ASARUM canadense. Tab. 37. Fig. 1.

*tridentatus*: PIPER nigrum. Tab. 5. Fig. 2. \*

*tripartitus*: STRATIOTES Aloides. Tab. 50. Fig. 3.

*quadripartito limbo*: OENOTHERA biennis. Tab. 25. Fig. 1. L.

*quinquefidus*: AESCULUS Hippocastanum. Tab. 23. Fig. 1.

*quinquepartitus*: NERIUM Oleander. Tab. 12. Fig. 2. TURNERA Ulmifolia. Tab. 14. Fig. 1.

*quinquedentatus*: MONARDA fistulosa. Tab. 3. Fig. 2. K.



*sex* — *duodecimpartitus*: SEMPERVIVUM testorum. Tab. 40. Fig. 1. 2. 3.

b. *Polyphyllus*:

*diphyllus*: FUMARIA lutea. Tab. 60. Fig. 1.

*triphyllus*: CANNA indica. Tab. 1. Fig. 1. 3. K.

*tetraphyllus*: LUNARIA annua. Tab. 54. Fig. 1. \*

*pentaphyllus*: MYOSURUS minimus. Tab. 17. Fig. 1. 2. \* K. RANUNCULUS bulbosus. Tab. 51. Fig. 1.

*hexaphyllus*: RUSCUS aculeatus. Tab. 96. Fig. 1. 2. \*

c. *Caducus*: PAPAVER — Tournefort. Institut. rei herb. Tab. 119. D. D.

d. *Deciduus*: in plurimis plantis; e. g. OENOTHERA biennis. Tab. 25.

e. *Persistens*: CANNA indica. Tab. 1. Fig. 7. K. MOLLUGO verticillata. Tab. 8. Fig. 7. 8. \* ALISMA Plantago aquatica. Tab. 22. Fig. 7. \* CASSYTA baccifera. Tab. 29. fig. 7. 8. K. PUNICA Granatum. Tab. 41. Fig. 6. K.

f. *Inferus*: in plurimis plantis; e. g. KALMIA angustifolia. Tab. 32. Fig. 8. \*

g. *Superus*: CANNA indica. Tab. 1. Fig. 1. OENOTHERA biennis. Tab. 25. Fig. 1. CASSYTA baccifera. Tab. 29. Fig. 2. \* — Germen intra Calycem: PUNICA Granatum. Tab. 41. Fig. 3. CRATAEGUS Aria. Tab. 42. Fig. 6.

h. *Deficiens*: RHEUM palmatum. Tab. 30. PHYTO-LACCA decandra. Tab. 36.

i. *Plures Calyces*:

a) *eiusdem Speciei*; duo: AGRIMONIA Eupatoria. Tab. 38. Fig. 1. 2. \* a. b. SARRACENIA flava. Tab. 46. Fig. 1. K. i. Fig. 2. K. ALCEA rosea. Tab. 59. Perianthium exterius: Fig. 1. 2. K. e. et Perianthium interius: Fig. 1. 2. K. i.

β) *diversarum Specierum*: STRATIOTES Aloides. Tab. 50. cui Spatha: Fig. 1. 2. S. et Perianthium: Fig. 2. 3. K. — PENTAPETES phoenicea. Tab. 58. cui Involucrum: Fig. 1. 2. I. et Perianthium: Fig. 1. 3. K. — HAMAMELIS virginiana. Tab. 10. cui Involucrum: Fig. 1. 2. \* I. et Perianthium duplex; exterius: Fig. 3. \* e. interius: Fig. 3. \* i. Fig. 4. \* K. i.

## §. II.

PERIANTHIUM, (§. 10. n. 1.): „Calyx est Plantae, Fructificationi contiguus.” LINN. *philos. bot. p. 52. §. 86. n. 1.*

1. i. e. Integumentum florale exterius contiguum: sive Calyx, (§. 10.) sub Florescentia (§. 8.) Floris partes essentielles (§. 9. Sect. II. §. 27.) quam proxime amplectens.

## E x e m p l a :

*Perianthium*; f. *Calyx contiguus*: HAMAMELIS virginiana. Tab. 10. Fig. 2. 3. \* NERIUM Oleander. Tab. 12. Fig. 1. 2. TURNERA Ulmifolia. Tab. 14. Fig. 9. 1. CRASSULA coccinea. Tab. 16. Fig. 1. 2.

2. Specialius distinguendo *Perianthium*, secundum partes essentielles floris, quas immediate amplectitur, appellat LINNAEUS:

a. *Perianthium Floris*, Calycem contiguum, (n. 1.) qui continet Stamina absque Germine.

b. *Fructus LINNAEO* est: Calyx contiguus, (n. 1.) Germen absque Staminibus continens.

c. *Fructificationis* audit LINNAEO: Calyx contiguus, (n. 1.) et Stamina et Germen includens; qualis competit Floribus hermaphroditis. (§. 32. n. 3.)

Notandum: nisi expresse additas distinctionum voces (a. b. d. e.) legas, semper si occurrit no-

men Perianthii, intelligendum esse *Perianthium Fructificationis*. (c.)

d. *Perianthium commune* LINNAEO, aliis *Calyx communis*, est:

Calyx plures Flosculos recipiens.

e. *Perianthium proprium* LINNAEO, *Calyx proprius* aliis, est:

Calyx ipforum Flosculorum particularis, intra *Perianthium commune* (d.) receptorum.

E x e m p l a :

- a. *Perianthium Floris*: CANNA indica. Tab. 1. Fig. 1. (Calyx superus, (§. 10. g.) — Magis proprie competit haec appellatio *Perianthii Floris* Linnaeana Calycibus *Florum marium*. (§. 32. n. 1.) e. g. EMPETRUM nigrum. Tab. 86. Fig. 1. 2. \* VISCUM album. Tab. 87. Fig. 1. 2. \* TAMUS communis. Tab. 89. Fig. 1. 2. \* CLIFFORTIA ilicifolia. Tab. 94. Fig. 1.
- b. *Perianthium Fructus*: Calyces *Florum femineorum*. (§. 32. n. 2.) e. g. EMPETRUM nigrum. Tab. 86. Fig. 5. 6. \* VISCUM album. Tab. 87. Fig. 5. 6. \* TAMUS communis. Tab. 89. Fig. 6. CLIFFORTIA ilicifolia. Tab. 94. Fig. 4.
- c. *Perianthium Fructificationis*; HAMAMELIS virginiana. Tab. 10. Fig. 2. 3. \* NERIUM Oleander. Tab. 12. Fig. 1. 2. TURNERA Ulmifolia. Tab. 14. Fig. 9. 1.
- d. *Perianthium commune*; f. *Calyx communis*: DIPSACUS laciniatus. Tab. 9. Fig. 1. K. HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Fig. 1. K. ECHINOPS Sphaerocephalus. Tab. 70. Fig. 1. K. PARTHENIUM integrifolium. Tab. 80. Fig. 1. 2. \*
- e. *Perianthium proprium*; f. *Calyx proprius*: DIPSACUS laciniatus. Tab. 9. Fig. 2. ECHINOPS Sphaerocephalus. Tab. 70. Fig. 3.

## §. 12.

INVOLUCRUM, (§. 10. n. 2.) est *LINNAEO*:  
„Calyx a Flore remotus.”

## E x e m p l a :

*Involucrum*: HAMAMELIS virginiana. Tab. 10. Fig. 1. \*  
2. \* I. PENTAPETES phoenicea. Tab. 58. Fig. 1. 2.  
I. PASSIFLORA caerulea. Tab. 74. Fig. 1. I. Fig. 3. a.

In *Plantis* autem sic dictis *Umbelliferis* distingui solent:

α. *Involucrum universale*, quod integram Umbellam, (§. 65. a.) sic dictam universalem, ambit vel includit.

β. *Involucrum partiale*, ambiens partiales minores, sive Umbellulas, (§. 65. b.) quibus Umbella universalis composita est.

## E x e m p l a :

α. *Involucrum universale*: BUPLEURUM rotundifolium.  
Tab. annexa A. Fig. 1. a.  
β. *Involucrum partiale*: eadem Tab. Fig. 1. b.

## §. 13.

AMENTUM, (§. 10. n. 3.) appellatur a *LINNAEO*:

„Calyx ex Receptaculo communi paleaceo-gemmaceo.”

Plura scilicet, Calycis instar, flores singulos excipientia foliola, membranacea, in gemma latentia ante Florescentiam, (§. 8.) sub hac explicantur,

cantur, atque Squamarum forma ambiunt *Rachin*,  
f. Receptaculum elongatum, plerumque filiforme.

Confer de *Amento*, ut specie Inflorescentiae. §. 59. n. 11.

E x e m p l a :

*Amentum*: SAURURUS cernuus. Tab. 24. Fig. 1. 2. \* A.  
IUGLANS regia. Tab. 81. Fig. 1. PINUS sylvestris. Tab. 82. Fig. 1. 2. 5. SALIX fusca. Tab. 85. Fig. 1. 6. POPULUS nigra. Tab. 90. Fig. 2. 6.

§. 14.

SPATHA (§. 10. n. 4.) vocatur a *LINNAEO*:  
„Calyx (Spadicis) longitudinaliter ruptus.”

Ab initio flores perfecte includit: his Florescentia (§. 8.) explicatis, remotus restat, marcescens.

Est haec *Calycis* Linnaeani species, ordinibus naturalibus *Palmarum*, hisque affinium *Orchidearum*, (quarum utrarumque Pedunculus fructificationes gerens, *Spadix* audit,) itemque *Liliacearum*, (hinc a *LINNAEO* *Spathacearum* nomine insignitarum,) praesertim propria. Confer §. 58. n. 3.

E x e m p l a :

*Spatha; Palmarum*: CHAMAEROPS humilis. Tab. annexa A. Fig. 2. c. Spadix: e. ARUM maculatum. Tab. 76. Fig. 1. K. a. b. c. Spadix: Fig. 2. S.  
*Orchidearum*: ORCHIS latifolia. Tab. 72. Fig. 1. S.  
*Liliacearum*: SISYRINCHIUM Bermudiana. Tab. 76. Fig. 1. K. CROCUS fativus. Tab. 6. Fig. 1. K. ante floris evolutionem: Fig. 2. 3. K. flore explicato remota; marcescens: Fig. 2. 3. K.

## §. 15.

GLUMA (§. 10. n. 5.) dicitur a *LINNAEO*: „Calyx Graminis, valvis amplexantibus.”

i. e. Calyx *Graminum* familiae proprius; constans *Valvis* amplexantibus, (sive foliolis, quorum exterius basi concava, interius excipit,) aliquando *aristatis*, s. mucrone, Arista dicto praeditis; aliquando *muticis*, s. Arista carentibus.

## E x e m p l a :

*Glumae aristatae*: ANTHOXANTHUM odoratum. Tab. 4. Fig. 1 — 5. K. AVENA fatua. Tab. 7. Fig. 1. 2. Arista aucta: Fig. 9. \* 10. \* 11. \*

*Glumae muticae*: ORYZA fativa. Tab. 19. Fig. 1 — 4. \* K. TRIPSACUM Dactyloides. Tab. 78. Fig. 1. 2. \* 3. \* 5. \* 6. \* K.

## §. 16.

CALYPTRA (§. 10. n. 6.) vocatur a *LINNAEO*:

„Calyx Musci cucullatus, Antherae superimpositus.”

Improprie refertur ad Calycis species, hocce Capsularum *Muscorum* membranaceum, fugax tegmen, sicut quoque minus recte Capsula a *LINNAEO* Anthera appellatur.

*Calyptra* plerumque mitrae formam habet.

## E x e m p l u m :

*Calyptra*: BRYUM caespiticium. Tab. 102. (*Miller* edit. angl. min. Tab. 103.) Fig. 1. 2. \* 3. \* 4. \* K.

## §. 17.

VOLVA (§. 10. n. 7.) est *LINNAEO*:

„Calyx Fungi membranaceus, undique lacerus.”

Immerito et haec Calycis speciebus associata est Membrana lacera, *Fungorum* quorundam stipitem ambiens.

## E x e m p l u m :

*Volva*: AGARICUS campestris. Tab. 104. (*Miller*. edit. angl. min. Tab. 106.) Fig. 1. 3. V.

## B. C O R O L L A.

(§. 7. II. §. 9. Sect. I. B.)

## §. 18.

COROLLA definitur a *LINNAEO*: „Liber plantae in flore praefens.” Addimus:

1. Est COROLLA Libri (§. 5. n. 3.) five integumenti tertii interioris productio in

*Petalum* (§. 19.) unicum, vel plura distincta.

## E x e m p l a :

*Petalum unicum*: NERIUM Oleander. Tab. 12. Fig. 1. 2. C.

*Petala plura*: CRASSULA coccinea. Tab. 16. Fig. 1. 3. 4. C.

2. USUS *Corollae* fere idem ac Calycis, (§. 10. n. 2.) cuius deficientis vices saepe supplet;

(§. 10. n. 3. h.) ficuti Calyx saepenumero vices deficientis Corollae. (§. 19. c.)

3. SITUS *Corollae* naturalis, est inter Calycem et Germen; accidentalis supra Germen. (§. 31. n. 1. a. b.)

4. DURATIO *Corollae* in plerisque temporaria esse solet: aliquando vero ultra tempus Florescentiae perdurat: tunc

*persistens Corolla* audit.

#### E x e m p l a :

*Persistens Corolla*: vid. infra §. 33. n. 4. porro: IUNIPERUS communis. Tab. 95. Fig. 6. 8. C. Fig. 11. P. CLUTIA pulchella. Tab. 97. VERATRUM album. Tab. 98.

#### §. 19.

PETALUM vocat *LINNAEUS*: „Tegmen Floris corollaceum.”

i. e. Tegmen Floris interius, tenerioris structurae, ut plurimum colore insigni tinctum, ambiens Floris essentialia partes, (§. 27.) Stamina nempe, et Pistillum; quod, si

a. integrum est, sive sub casu unicum cohaerens, *Corolla monopetala* audit: si vero

b. pluribus distinctis petalis Corolla constat, appellatur: *Corolla polypetala*.

c. si deficit Corolla: *Flos apetalus* dicitur. Sed probe notandum, sicut Plantae Corolla speciosi coloris insignes *Petaloideae* vocantur; sic la-



tiori sensu Plantis *apetalis* etiam a variis auctori-  
bus tales adnumerari, quae Flores gerunt, Corolla  
viridi pallidior, sive non vivide colorata instructos.

E x e m p l a :

- a. *Corolla monopetala*: NERIUM Oleander. Tab. 12. Fig.  
1. 2. C. CROCUS fativus. Tab. 6. Fig. 2. 3. C.
- b. *Corolla polypetala*: numero Petalorum specialius de-  
terminato:
- tripetala*: ALISMA Plantago aquatica. Tab. 22. Fig.  
2, 3. \* C.
- tetrapetala*: CHEIRANTHUS incanus. Tab. 55. Fig.  
2. 3. C.
- pentapetala*: PAEONIA officinalis. Tab. 47. Fig. 2.
- hexa — et dodecapetala*: SEMPERVIVUM tectorum.  
Tab. 42. Fig. 5. 6. C.
- c. *Corolla deficiens; sive nulla*: BLITUM virgatum. Tab.  
2. SAURURUS cernuus. Tab. 24. GALENIA  
africana. Tab. 26.
- d. *Corolla non colorata*: Graminum plerorumque flo-  
res. e. g. ANTHOXANTHUM odoratum. Tab. 4.  
Fig. 1. 2. C. \* AVENA fatua. Tab. 7. Fig. 1. 2.  
3. C. — porro: ADOXA Moschatellina. Tab. 28.  
Fig. 11. 3. 4. C. \* IUGLANS regia. Tab. 81. Fig.  
1. 3. C. \*

§. 20.

Terminis propriis distinguuntur quaedam  
PARTES

A. *Corollae monopetalae*: (§. 19. a.)

*a. Tubus*: Pars Corollae monopetalae infe-  
rior tubulosa.

*β. Collum*: Tubi (*a*) pars elongata versus  
superiora; sive ipsa superior pars Tubi.

$\gamma$ . *Limbus*: Pars Corollae superior dilatata; vel integra, vel in segmenta aliquot secta, quae

$\delta$ . *Laciniae* audiunt *Limbi*. ( $\gamma$ )

$\epsilon$ . *Faux*: Cavum in confinio Tubi ( $\alpha$ ) et Limbi, ( $\gamma$ ) five Collum ( $\beta$ ) in Limbum ( $\gamma$ ) transiens. Confer etiam §. 22. n. 5. e.

E x e m p l a :

- A. *Corollae monopetalae Tubus*: NERIUM Oleander. Tab. 12. Fig. 3. t. *Limbus* quinquepartitus: Fig. 1. 3. 1. — CROCUS fativus. Tab. 6. *Tubus*: Fig. 2. 3. y. *Limbus* sexpartitus: Fig. 2. 3. z. — *Limbus* Corollae monopetalae *integer*: CONVULVULUS—*Tournef.* Instit. rei herb. Tab. 17. A. A. A.

B. *Corollae polypetalae* (§. 19. b.) PARTES distinguendae, sunt:

1. *Unguis*: Pars Corollae polypetalae inferior, five basis Petali; qua affigitur.

2. *Lamina*: Pars eius superior, patula.

E x e m p l a :

- B. *Corollae polypetalae Unguis* longissimi: CRASSULA coccinea. Tab. 16. Fig. 3. 4. U. *Lamina*: Fig. 3. 4. 1. — *Unguis* brevissimi: SARRACENIA flava. Tab. 46. Fig. 4. u.

§. 21.

A simili aut dissimili, pari vel dispari conformatione, eademque aut diversa dispositione Partium et Corollam monopetalam (§. 20. A.) et polypetalam (§. 20. B.) constituentium, pendet: distinctio *Corollae regularis; irregularis*; itemque *aequalis; ac inaequalis*.

a. *Regularis Corolla* est secundum LINNAEI definitionem: „aequalis figura, magnitudine, et proportione partium.” *Phil. bot.* §. 280. p. 223. *Termini bot.* (edit. Giseken. alt.) p. 88. n. 474.

b. *Irregularis*: „quae Limbi partibus, figura, aut proportione diversa est.” *Phil. bot. l. c. Term. bot. n. 475.*

c. *Aequalis*: „ubi partes Corollae, figura, magnitudine et proportione aequales sunt.” *Phil. bot. l. c.*

d. *Inaequalis*: „ubi partes non magnitudine, sed proportione respondent, ut regularis flos evadat.” *Phil. bot. l. c. Term. bot. n. 476.*

Addimus ad illustrationem: 1. In *Corolla regulari* (a) et *irregulari* (b) respicimus *ambitum*, quem determinant in *Corolla* monopetala fines Limbi aut eius Laciniarum; (§. 20. A. γ. δ.) in polypetala, Laminarum (§. 20. B. n. 2.) orae ultimae.

2. Supponas Te, ex floris medio, tanquam centro, circuli peripheriam ducere. Si ambitus *Corollae* (n. 1.) undique huius circuli peripheriae respondet, *Corolla regularis* est.

3. E contrario, *Corolla irregularis* est, si quaedam pars *Corollae* reliquis multo brevior, haud attingit peripheriam dicti circuli, (n. 2.) aut longior eam valde superat.

4. Corollam *aequalem* (c.) quod attinet, cuius partes figura conveniunt, magnitudine, et proportione, (i. e. longitudine, latitudine, crassitie in omnibus aequali,) ob hanc summam similitudinem, necessario eiusdem attributum quoque est Forma regularis.

5. At vero etiam Corolla *inaequalis* (d.) formam regularem nanciscitur, quia, ut solent, alternant partes breviores cum longioribus, et sic simul dispositae sunt, ut circulis concentricis suppositis (n. 2.) alio minori breviores, alio maiori longiores partes respondeant. Hinc ratio patet: cur Corolla *inaequalis* (d.) non obstante diversa conformatione partium, at sola proportione servata, quoad ambitum (n. 1.) regularis (b.) evadat.

6. *Corollae uniformis et difformis* explicationem, consulto hic omissem, (imprimis ad evitandam confusionem cum idea Corollae regularis et irregularis, a. b.) reperies inter monita de speciebus Inflorescentiae, ad quas proprie pertinent.

#### E x e m p l a :

a. *Regularis Corolla.*

*monopetala*: CROCUS fativus. Tab. 6. Fig. 2. 3. C.  
NERIUM Oleander. Tab. 12. Fig. 1. C.

*polypetala*: TURNERA Ulmifolia. Tab. 14. Fig. 9.  
2. C. PARNASSIA palustris. Tab. 15. Fig. 2. 3. C.  
OENOTHERA biennis. Tab. 25. Fig. 1. 3. C.  
SEMPERVIVUM tectorum. Tab. 40. Fig. 4. 5. 6.  
C. PUNICA Granatum, Tab. 41. Fig. 1. C.

b. *Irregularis Corolla:*

*monopetala*: CANNA indica. Tab. 1. Fig. 1. C. MO-  
NARDA fistulosa. Tab. 3. Fig. 1. C. LOBELIA

Cardinalis. Tab. 71. Fig. 1. 2. 3. C. ARISTO-  
LOCHIA Clematitis. Tab. 75. Fig. 1. C.

*polypetala*: AESCULUS Hippocastanum. Tab. 23. Fig.

2. 3. ACONITUM Napellus. Tab. 48. Fig. 1. C.

FUMARIA lutea. Tab. 60. Fig. 2. 3. \* C. PO-

LYGALA Myrtifolia. Tab. 61. Fig. 2. 3. \* C.

LATHYRUS latifolius. Tab. 62. Fig. 3. 2. C. a. a.  
v. c.

c. *Aequalis Corolla*: LUNARIA annua. Tab. 54. Fig.  
2. 3. C. HYPERICUM perforatum. Tab. 65. Fig. 2.  
4. 3. \* C.

d. *Inaequalis Corollae*: AMARYLLIS Belladonna. Tab.  
18. Fig. 2. C. Petala alterna tria, mucronatis api-  
cibus Z. a reliquis tribus petalis differunt. BU-  
TOMUS umbellatus. Tab. 31. Fig. 2. 3. 4. Tria al-  
terna petala exteriora e, differunt unguibus angu-  
stioribus et dispositione, ab interioribus. AQUI-  
LEGIA vulgaris. Tab. 49. Fig. 1. C. N. Petala quin-  
que exteriora maiora C. a quinque interioribus ne-  
ctariferis N. dispositione alterna, et conformatione,  
diversa sunt; his enim basis tubulosa corniculata,  
mel continens, quare Nectaria dicuntur a LINNAEO.  
Petalorum vero C. Fig. 2. et Nectariorum, N. Fig.  
3. ambitum proprium regularem esse, demonstrant.  
MENISPERMUM canadense. Tab. 93. Fig. 3. 4. C.  
in Mare; et Fig. 1. C. in Femina, Petala quatuor ex-  
teriora, breviora sunt alternis quatuor interioribus.

## §. 22.

Notamus porro certas quasdam FORMAS Co-  
rollis utrisque (§. 19. a, b.) proprias.

A. *Corollarum monopetalayum* sequentes  
FORMAE praecipuae sunt:

1. *Campanulata Corolla*: ventricosa, tubo  
(§. 20. a.) destituta.

### E x e m p l a :

*Campanulata Corolla*: CAMPANULA. Tab. annexa.

A. Fig. 3. Aliquando eandem formam quoque refert

*Corolla polypetalā*, cuius exemplum: AMARYLLIS Belladonna. Tab. 18. Fig. 2. C. hexapetala.

a. *Spica simplex*: constans congerie florum singulorum circa Rachin (n. I.)

b. *Spica composita*: constans ex acervis pluribus florum, in formam Spicarum minorum collectis, Pedunculo communi affixis.

c. Hae Spicae minores, *partiales*, itemque proprio termino vocantur.

*Spiculae* a *LINNAEO*, ab aliis *Locustae*; e quarum scilicet congerie formatur *composita*, s. comparate dicta *Spica universalis*.

## E x e m p l a :

a. *Spica simplex*: POTAMOGETON natans. Tab. II. Fig. 8. POLYGONUM Fagopyrum. Tab. 27. Fig. 1. — P. Bistorta. *Tournef.* I. R. H. Tab. 291. F. — Confer Figuras; *Jacquin* Anleit. z. Pflanzenk. Tab. 6. Fig. 3. *Hill.* Fig. elem. bot. Tab. 16. Fig. 19. PHLEUM pratense. *Suckow* Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. IX. Fig. 9. ANTHOXANTHUM odoratum. Icon in *Milleri* Opere maiore.

b. *Spica composita*: CHENOPODIUM Bonus Henricus. — TRITICUM repens. — LOLIUM perenne; — temulentum. — CAREX arenaria; — leporina; — PANICUM italicum. *Tournef.* I. R. H. Tab. 298. MM. — — Confer Figuras: *Suckow* Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. IX. Fig. 7. 8. *Linn.* Phil. bot. Tab. IX. Fig. 165.

3. Ob Flores, in *Spica simplici et composita*, (n. 2. a. b.) nunc determinato ordine, nunc situ vago affixos, appellantur:

d. *Spica secunda*, si Rachidis (n. i.) unicum latus flores occupant.

e. *Spica di tri — tetra — — polysticha*; si formant distinctas series duas, tres, quatuor, — plures.

#### E x e m p l a :

d. *Spica secunda*: ANCHUSA officinalis. — ECHIUM vulgare. — HELIOTROPIUM indicum. *Hill. Fig. elem. bot. Tab. 16. Fig. 22.* — Confer *Tournef. I. R. H. Tab. 464. Fig. 37.*

e. *Spica disticha*: TRITICUM repens; — Spelta; — hybernum. *Tournef. I. R. H. Tab. 292.*

*polysticha*: HORDEUM vulgare. *Tourn. I. R. H. Tab. 295.*

f. *Spica imbricata*: si florum *Squamae* sive *Glumae*, (§. 15.) instar regularum tecti se invicem excipiunt

g. *Spica glomerata*: constans „Spiculis (n. 2. c.) varie congestis.” *LINN. Term. bot. ed. Gifsek. alt. p. 80. n. 416.*

h. *Spica interrupta*: constans *Spiculis* distantibus.

#### E x e m p l a :

f. *Spica imbricata*: POLYGONUM Fagopyrum. *Tourn. I. R. H. Tab. 291. F.* — TRITICUM — *Tab. 293. Q.* SECALE — *Tab. 294. K. L.* HORDEUM — *Tab. 295. L. O.* Confer *Figuras: Suckow Anfangsgr.*



d. theor. Bot. Tab. IX. Fig. 9. 10. 12. 13. *Iacquin.*  
Anleit. z. Pflanzenk. Tab. 6. Fig. 3.

g. *Spica glomerata*: PANICUM italicum. *Tourn. I. R.*  
H. Tab. 298. MM.

h. *Spica interrupta*: LOLIUM perenne. — Conf. Fi-  
guras: *Linn. Philof. bot. Tab. IX. Fig. 165. Hill. Fig.*  
*elem. bot. Tab. 13. Fig. 17. Suckow Anfangsgr. d.*  
*theor. Bot. Tab. IX. Fig. 7. 8.*

4. Partes subcesivas Spicarum indicant  
Termini:

i. *Spica aristata*: si florum Glumae, *Aristas*  
(§. 15.) e *Spica* prominentes exserunt. Huic  
comparate opponitur:

k. *Spica mutica*: si *Aristis* carent.

l. *Spica foliacea*: si floribus intermixta sunt  
folia.

m. *Spica comosa*: si *Spica* haud, ut alias  
solet, floribus terminatur, sed Foliorum congerie,  
quae *Coma* dicitur, apicem coronante.

#### E x e m p l a :

i. *Spica aristata*. vid. Exempla §. 15. Confer Figuras:  
*Suckow Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. IX. Fig. 8.*  
*Tournef. I. R. H. Tab. 293. 294. 295.*

k. *Spica mutica*: praeter Exempla §. 15: *Suckow l. c.*  
*Fig. 7. Tourn. I. R. H. Tab. 292.*

l. *Spica foliosa*: AGRIMONIA Eupatoria. LOBELIA  
Cardinalis. ALCEA rosea. Icones omnium in *Mil-*  
*leri Opere maiore.* — —

*Spica foliacea, monstrosa, prolifera*: POLYGO-  
NUM viviparum. *Tourn. I. R. H. Tab. 291. G. H. I.*

m. *Spica comosa*: LAVANDULA Stoechas. *Tourn. I.*  
*R. H. Tab. 95. Stoechas. (Spica: H. Coma: I.)*  
Confer: *Batsch Kenntn. u. Gesch. d. Pfl. Tab. IV. Fig.*  
233.

5. Qualitates Pedunculi communis indicantes Termini, structuram nempe, directionem, situm, etc. illustratione hic non indigebunt, exceptis quae partitionem eius respiciunt:

n. *Spica ramosa*: si Pedunculus communis in plures ramos divisus est.

o. *Spica digitata*: si isti rami quam proxime circa commune quoddam punctum fixum exorti, digitorum manus expansae instar patent.

p. *Spica paniculata*: si rami, ulterius divisi, formam *Paniculae* (§. 74.) aemulantur.

E x e m p l a :

n. *Spica ramosa*: OSMUNDAE Lunariae, itemque regalis Fructificationes: *Tournef.* I. R. H. Tab. 324. Conf. Figuras: *Hill.* Fig. elem. bot. Tab. 8. Fig. 12.

o. *Spica digitata*: PANICUM sanguinale; Dactylon; filiforme; lineare. — Conf. Figuras: *Suckow* Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. IX. Fig. 10.

p. *Spica paniculata*: PASPALUM virgatum; paniculatum.

6. *Spicarum* et *Spicularum* Figura quoque consuetis Terminis indicatur; v. g. *cylindrica*, *f. teres*; *ovata*; *conica*; *plana*; *compressa*; *ventricosa*, i. e. in medio latior aut crassior. etc.

7. Spicae proprium esse solet, primum efflorescere infimos flores, quos dein gradatim superiores reliqui sequuntur.

8. Respiciendo ad *Sexum Florum*, praeter *Flores hermaphroditos* (§. 32. n. 3.) in permultis obser-

vamus quoque, separatis locis, alias Spicas unice  
e *Floribus masculis* (§. 32. n. 1.) constantes, qualis

q. *Spica mascula*; et alias tantummodo *Flores*  
*femineos* (§. 32. n. 2.) gerentes, qualis

r. *Spica feminea* dicitur, plerumque in uno  
eodemque individuo; raro in duobus. Si vero  
*Spica* fert apice *Flores masculos*, basi *femineos*,

s. *Spica androgyna* appellatur.

#### Exempla:

*Spicae alterutrius sexus* separatae quidem loco, at in  
eodem individuo:

q. *Spica mascula*, et

r. *Spica feminea*: CAREX panicea. *Suckow* Anfangsgr.  
d. theor. Bot. Tab. IX. Fig. 13. mascula: a. a. femi-  
nea: b. b.

in duobus individuis: CAREX dioica. *Linn.* Spec.  
Plant. p. 1379. n. 1.

s. *Spica androgyna*: TRIPSACUM Dactyloides. Tab.  
78. confer autem ob situm florum Icon in *Mülleri*  
Opere maiore. — CAREX pulicaris. *Suckow* An-  
fangsgr. d. theor. Bot. Tab. IX. Fig. 12. flores mares:  
a. a. feminei: b. b. et ex hoc genere plures: c. g.  
CAREX arenaria; leporina; vulpina.

9. Denique subiungimus definitionem LIN-

NAEI:

„Spica, flores sessiles sparsim alterni in pe-  
dunculo simplici.“ *Philos. bot. p. 41. §. 82. D. n. II.*  
*Term. bot. ed. Gisek. alt. p. 76. n. 385.*

cuius vero limites, ut e praecedentibus clare  
patet, nimis angusti sunt, pro lata illa significa-  
tione, quam habet appellatio Spicae apud Bo-  
tanicos, haud excepto ipso LINNAEO.

## §. 76.

AMENTUM, (§. 59. n. II.) a *LINNAEO*, et plurimis, Flores amentacei a *TOURNEFORTIO*, Iulus ab *HALLERO*, itemque Nuca-mentum ac Catulus ab aliis appellatur Inflorescentiae Forma, structura sua atque facie externa, nunc *Racemo* (§. 73.) nunc *Spicae* (§. 75.) adeo similis, ut differentiae distincti limites, inter hasce affinitate quasi coniunctas Formas, determinari nequeant.

Quae enim a variis auctoribus Characteris loco traduntur: Ortus Amenti e Gemma; Flores inclusi Squamis imbricatis; harum ad Calycis, (§. 13.) uti Pedunculi communis relatio ad Receptaculi species, (§. 58. D. n. 2.) eiusdemque structura filiformis, tantum abest ut sint certae distinctioni inservientes notae, ut facta applicatione easdem reperias vel exceptionibus nimis obnoxias, vel pluribus Formis communes, hinc minime idoneas generali definitioni.

Ad removenda igitur, quantum licet, dubia quibus ambiguus (\*) iste Terminus vexatur, respicere ad originem vocis, usumque maxime consuetum, (\*\*\*) consulimus.

I. AMENTI scilicet nomine appellari solent, praecipue arborum fruticumve variorum Flores, apetalii (§. 19. c.) plerumque, nexu suo cum Pedunculo,

dunculo, Racemi penduli vel Spicae formam referentes, in quibus notamus:

2. Pedunculum communem, Axin dictum, sive Rachin, (§. 58. D. n. 2.) ut plurimum filiformem, quandoque crassiolem, interdum quoque ramosum; quem ambiunt Flores, ut plurimum unius solummodo sexus, aliquando utrorumque, attamen feminis a maribus distinctis, rarissime hermaphroditi; Squamis, (§. 13.) aut si mavis Bracteis (§. 61.) singulis vel pluribus, in vicem Calycis atque Corollae, plerumque imbricatis, antequam efflorescunt arcte inclusi, rarius nudi, (§. 10. n. 4. h.) sive squamis hisce carentes.

(\*) Pro exemplo sint: Characteris generici *Linnaeani* TYPHAE, (*Gen. Plant. edit. VI. n. 1040.*) verba frequentia:

„Masculi numerosi in *Amentum* culmum terminante. — Feminei numerosi in *Amento*, culmum eundem cingente, compactissime digesti.”

in comparatione cum descriptione specifica, in *Species Plantarum (edit. III.) p. 1377.*

„TYPHA *latifolia*, (n. 1.) — — *spica* mascula femineaque approximatis;” —

„TYPHA *angustifolia*, (n. 2.) — — *spica* mascula et feminea remotis.” — (Icon vide in *Tournef. Inst. rei herb. Tab. 301. C. mascul. E. femin.*)

itemque in *Systemate Vegetabilium edit. 13. Murrayi*, p. 841.

„MASC. *Amentum* cylindricum. — —

FEM. *Amentum* cylindricum infra masculos.” —

cum characteris specifici superius allegati (e *Spec. Plant.*) repetitione.

Aliud simile exemplum offert: APONOGETON; in *Syst. Vegetab. ed. 13. p. 353. n. 1387.*

In Charactere generico: *Amentum*;  
in specifico: *Spica*.

(\*\*) „FLOS AMENTACEUS seu IULUS, nunc staminibus tantum aut apicibus, nunc foliolis quibusdam componitur, axi cuidam affixis, Amenti seu lori (unde Latinis flos amentaceus) vel caudae felinae forma (ideoque Gallis *Chaton* :) Iulus autem semper a fructu separatur, vel in eadem arbore, vel in diversis arboribus eiusdem generis.” *Tournef. Inst. rei herb. p. 580.*

„NUCAMENTUM idem sonat, quod flos Amentaceus. Caeterum ea, quae callo squamatim compactili pendent e ramis Nucum, Roborum, Picearum, appellantur Nucamenta, ex Ruellio.” *Tournef. I. R. H. p. 674.*

### §. 77.

Praecipuas harum qualitatum (§. 76. n. 1. 2.) una cum accidentalibus, quibus varie modificantur, penitus perscrutando, Terminorum idea plenius illustratur, praesertim si ad sequentia attendimus momenta:

A. Pedunculus communis, sive *RACHIS Amenti* est

a. eiusdem structurae ac *Rachis Spicae* in Graminibus, superius (§. 75. n. 1.) descriptae.

b. Forma fili tenuis, flaccidi, penduli in permultis; ac tale *Amentum* proprie *Iulus*, *Catulus* a variis auctoribus appellatur; (confer notas §. 76. sub (\*\*)) allegatas;) itemque

α. *Amentum filiforme*; aliquando crassior est, praesertim in Amentis erectis.

c. Longitudine ac figura varia: *cylindracea*; *conica*; *globosa*. etc.

d. simplex plerumque, ut in Spica aut Racemo simplici, (§. 73. n. 2. *α*. §. 75. n. 2. *a*.) hinc

*β*. *Amentum simplex* audit; interdum

e. ramosus; in quo casu Racemi compositi, (§. 73. n. 2. *β*.) vel Spicae compositae (§. 75. n. 2. *b*.) ut appellantur, figuram simulat Amentum: hinc

*γ*. *Amentum racemosum* vel *racemoso-spicatum* vocatur.

### Exempla:

- a*. *Rachis Amenti*: SAURURUS cernuus. Tab. 24. Fig. 2. K. \* PINUS sylvestris. Tab. 82. masculi: Fig. 2. feminei: Fig. 9. *r*. HUMULUS Lupulus. Tab. 88. femin.: Fig. 12. *r*. IUNIPERUS communis. Tab. 95. masculi; Fig. 2. *r*. — confer sequentia Exempla: (b. *α*.)
- b. α*. *Amentum filiforme*: POPULUS nigra. Tab. 90. masc. Fig. 2. CORYLUS avellana. *Tournef.* I. R. H. Tab. 347. masc. A. Rachis filiformis: E. *Weiß* Forstbot. Tab. V. masc. Fig. 48. *α*. Rachis filiformis: Fig. 49. *b*. Squamae: *α*. *Oeder* Elem. bot. Tab. XII. Fig. 118. CARPINUS Betulus. *Tournef.* I. R. H. Tab. 348. masc. A. Rachis filiformis: D.
- d. β*. *Amentum simplex*: IUGLANS regia. Tab. 81. masc. Fig. 1. SALIX fusca. Tab. 85. masc. Fig. 1. femin. Fig. 6. POPULUS nigra. Tab. 90. masc. Fig. 2. femin. Fig. 6. item reliqua *Amenti filiformis* exempla. (b. *α*.)
- e. γ*. *Amentum racemosum*: PISTACIA vera. *Tournef.* I. R. H. Tab. 345. Terebinthus. flor. masc. A. *racemoso-spicatum*: PINUS sylvestris. Tab. 82. masc. Fig. 1, 2. \* conf. *Tournef.* I. R. H. Tab. 355. A. A.

B. Pendet a Pedunculi communis forma, longitudine, figura et partitione (A. b. c. d. e.) totus ambitus *FIGURAE* Amenti ipsius, eiusdem.

que *PROPORTIO* relativa. Haec indicantur Terminis exprimentibus

1. figuram: e. g. *δ. Amentum cylindricum*; *ε. oblongum*; *ζ. ovatum*; *η. globosum*; etc.

2. proportionem longitudinis: e. g. *θ. Amentum breve*; *ι. longum*; *κ. longissimum*: crassitiei: e. g. *λ. tenue*; *μ. crassum*; comparando illud cum aliis partibus, vel in eadem specie obviis, vel in diversis, pro rerum varia conditione, ad comparationem idoneam aptis.

### Exemplia:

1. *δ. Amentum cylindricum*: CORYLUS avellana. *Tournef. I. R. H. Tab. 347. masc. A. itemque BETULA Alnus. Tab. 359. masc. A. et BETULA alba. Tab. 360. masc. A. — conf. Jacquin Anleit. z. Pflanzenk. Tab. 7. Fig. 10. Weiß Forstbot. Tab. V. Fig. 48. α.*
- ε. Amentum oblongum*: SARURUS cernuus. *Tab. 24. Fig. 1. 2.\* A. IUGLANS regia. Tab. 81. masc. Fig. 1.*
- ζ. Amentum ovatum*: PINUS sylvestris. *Tab. 82. femin. Fig. 5. — SALIX caprea. Suckow Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. X. masc. Fig. 9. femin. Fig. 10.*
- η. Amentum globosum*: FAGUS sylvatica. *Tournef. I. R. H. Tab. 351. masc. D. itemque PLATANUS orientalis. Tab. 363. masc. A.*  
*subglobosum*: PINUS Larix. *Tournef. I. R. H. Tab. 357. masc. A. femin. D. Weiß Forstbot. Tab. V. Fig. 50. masc. a. femin. b.*
2. *θ. Amentum breve*: IUNIPERUS communis. *Tab. 95. Fig. 1. magnitudine naturali.*
- ι. Amentum longum*: IUGLANS regia. *Tab. 81. masc. Fig. 1. (respectu ad flores femineos sessiles Fig. 5.) PINUS sylvestris. Tab. 82. masc. Fig. 1. (respectu ad Amentum femineum Fig. 5.)*
- κ. Amentum longissimum*: FAGUS Castanea. *Suckow Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. X. masc. Fig. 1. CORYLUS avellana. Tournef. I. R. H. Tab. 347. masc.*



A. *Weiß* Forstbot. Tab. V. Fig. 48. a. (respectu florum femineorum sessilium: b.)

λ. *Amentum tenue*: FAGUS Castanea. *Suchow* Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. X. Fig. 1. 2. confer: *Tournef.* I. R. H. Tab. 352. masc. A. (respectu e. g. ad folia.)

μ. *Amentum crassum*: PINUS sylvestris. Tab. 82. femin. Fig. 5. (respectu ad folia acerosa.) — IUGLANS regia. Tab. 81. masc. Fig. 1. confer: *Tournef.* I. R. H. Tab. 346. A. (respectu ad flores femineos.)

C. Ad *SEXUM FLORUM* in Amentis, observamus alia, quae sunt

a. tantummodo Flores mares (§. 32. n. 1.) ideoque tale

ν. *Amentum masculum* dicitur.

b. alia meros Flores femineos (§. 32. n. 2.) hinc eiusmodi

ξ. *Amentum femineum* appellatur.

Ista alterutrius sexus *Amenta* (C. v. ξ.) disposita sunt, vel

c. in eadem arbore, at separatis locis, ut in *LINNAEI* Systematis sexualis Classe *XXI. MONOECIA*; vel

d. in distinctis arboribus, ut in Classe *XXII. DIOECIA*; vel quod rarius accidit

e. in Amento masculino (ν.) interspersi sunt aliquot Flores feminei; quale

ο. *Amentum androgynum* dici potest.

f. rarissime vero observatur

π. *Amentum hermaphroditum*, sive quod veros gerat hermaphroditos. (§. 32. n. 3.)

g. Caeterum hoc loco adhuc, tironum gratia, subiungimus monitum:

Lustrando agmen Vegetabilium, quae ob flores, nexu suo Amenti formam referentes, Plantarum Ordini naturali associantur, cui titulus est *AMENTACEAE*,

haud semper utriusque sexus Flores in Amenti formam dispositos esse observamus, sed per saepe, quod autem iam titulo Ordinis sufficit,

solummodo Flores mares in Amentum collecti sunt; Flores feminei enim tunc differre possunt vario nexu, et forma quae inde pendet Inflorescentiae varia.

#### E x e m p l a :

- a. *ν. Amentum masculum*: IUGLANS regia. Tab. 81. Fig. 1. Flos masculus separatus: Fig. 3. magnitudine naturali. \* aucta. — SALIX fusca. Tab. 85. Fig. 1. Flos masculus separatus: Fig. 2. \* aucta magnitudine. — POPULUS nigra. Tab. 90. Fig. 2. Flos masculus separatus: Fig. 1. naturali magnitudine. \* aucta.
- b. *ξ. Amentum femineum*: SALIX fusca. Tab. 85. Fig. 6. Flos femineus separatus: Fig. 7. naturali magnitudine. \* aucta. — POPULUS nigra. Tab. 90. Fig. 6. Flos femineus naturali magnitudine: Fig. 7. \* aucta. Fig. 9. \* aucta.
- c. *Amenta mascula et feminea in eodem individuo*: PINUS sylvestris. Tab. 82. masculum: Fig. 1. femineum: Fig. 5. confer Icon in *Milleri* Opere maiore. — — CARPINUS Betulus. Tournef. I. R. H. Tab. 348. masculum: A. femineum: G. itemque: BETULA alba. Tab. 360. masculum: A. femineum. E.
- d. *Amenta mascula in altero individuo; in altero Amenta feminea*: SALIX fusca. Tab. 85. masculum: Fig. 1. femineum: Fig. 6. — POPULUS nigra. Tab. 90.

masculum : Fig. 2. femineum : Fig. 6. — confer Icones in *Milleri Opere* maiore.

- c. *Amentum androgynum*; Huius exemplum offert FAGUS Castanea. *Süchow Anfangsgr. d. theor. Bot.* Tab. X. Flores feminei Fig. 2. *a. a. b. b.* (itemque separati Fig. 4. 5. 6. *c. d. e.*) occupant basin Amenti masculi cuius flores masculi indicantur *f. f. f. f.* (separati: Fig. 3. *a. b. c.*)
- w. *Amentum hermaphroditum*: SAURURUS cernuus. Tab. 24. Fig. 1. 2. A. Flos hermaphroditus separatus; magnitudine aucta: Fig. 3. K. \* — Occurrit quoque in unica specie generis Salicis, dicta: SALIX hermaphroditica. *Linn. Spec. Plant.* p. 1442. n. 1.
- g. Flores masculi in Amentis; Feminei diversae formae: IUGLANS regia. Tab. 81. masc. Fig. 1. Femin. Fig. 5. magnitudine naturali. Fig. 6. 7. 8. \* aucta. — JUNIPERUS communis, Tab. 95. masc. Fig. 1. femin. Fig. 6. magnitudine naturali. \* aucta. — confer Icones in *Milleri Opere* maiore. — — CORYLUS avellana, *Weiß Forstbotan.* Tab. V. Fig. 48. masc. *a.* femin. *b.* — QUERCUS Robur. *Tournef.* I. R. H. Tab. 349. masc. A. femin. C.

D. In SQUAMIS, quae singulos Flores in Amentis excipiunt, atque distinguunt, quapropter

e. *Amentum squamosum* audit, notamus:

I. Substantiam texturamve simillimam Foliis, aut Bracteis, (§. 61. n. 3.) quas interdum quoque color aspersus distinguit.

Quae sunt texturae firmioris, nomine *Calycis* a plurimis Botanicis appellari solent; quae sunt tenerioris, pro *Corolla* habentur, ob situm quoque aut formam analogam; quin adeo (in POPULO) Nectaria appellavit LINNAEUS.

2. Figuram, respectu ad circumscriptionem; superficiem, et qualitates reliquas; quae iisdem Terminis describi solent, ac in Foliis.

3. Situm atque compagem: in aliis dense ab iis stipatur Rachis; (A.) tunc

σ. *Amentum densum* vel *compactum*; in aliis, in quibus maiora spatia intercedunt.

τ. *Amentum laxum* vocatur; ratione dispositionis: *alternae*; *imbricatae*; etc. hinc

υ. *Amentum imbricatum* dicitur; directionis: *patentes*; *inflexae*; *reflexae*; *appressae*; etc. — *conf.* plures qualitates supra explicatas in Spica (§. 75. n. 3.) harumque Terminos.

4. Originem e Gemma in arboribus ac frutibus permultis, cuius exteriores Squamae, marcidiae persistunt aliquando, et tunc

*Paleae Gemmae* dicuntur.

5. Defectum: absentibus enim Squamis, (D.) five ob exilitatem nudo oculo vix conspicuis, si Rachis vel Stamina vel Pistilla nuda ferre videtur,

φ. *Amentum nudum* vocatur.

6. Denique de Squamis Amenti feminei (C. b. ξ.) notamus:

Si persistunt usque ad finem Florescentiae, (§. 8.) et maturis feminibus adhuc inserviunt pro sustentaculo ac tegmine, quamobrem *LINNAEUS* tale Amentum femineum retulit ad Pericarpium sui species, nomine

χ. *Strobili*, ac aliquando synonymo quasi termino *Coni* appellari. Qua ratione vero differat a *Strobilo*

ψ. *Conus*, ad mentem aliorum Botanicorum, supra (§. 45. b. c.) explicavimus.

E x e m p l a :

- ε. *Amentum squamosum*: PINUS sylvestris. Tab. 82. masc. Fig. 1. femin. Fig. 5. SALIX fusca. Tab. 85. masc. Fig. 1. femin. Fig. 6. IUNIPERUS communis. Tab. 95. masc. Fig. 1.
1. *Squamae Bracteas referentes*: POPULUS nigra. Tab. 90. subcoloratas: Fig. 1. 3. S. masc. flor. \* magnitudine aucta. Femin. flor. Fig. 7. 8. S. \* — CARPINUS Betulus. *Tournef.* I. R. H. Tab. 348. femin. K. *Calycis instar*: SALIX fusca. Tab. 85. flor. masc. Fig. 2. 3. \* femin. flor. Fig. 7. \* — POPULUS nigra. Tab. 90. masc. Fig. 1. 3. S. \* femin. Fig. 7. 8. S. \* *Corollae instar*: POPULUS nigra. Tab. 90. masc. Fig. 1. 3. N. \* femin. Fig. 7. 8. N. \* LINNAEUS reduxit ad *Nectarium* suum,
3. ς. *Amentum densum; s. compactum*: PINUS sylvestris. Tab. 82. femin. Fig. 5. — FAGUS sylvatica. *Tournef.* I. R. H. Tab. 351. masc. D.
7. *Amentum laxum*: POPULUS nigra. Tab. 90. masc. Fig. 2. — FAGUS Castanea. *Tournef.* I. R. H. Tab. 352. masc. A. *Suckow* Anfangsgr. d. theor. Botanik. Tab. X. masc. Fig. 1. — CARPINUS Betulus. *Tournef.* I. R. H. Tab. 348. masc. A. itemque: QUERCUS Robur. Tab. 349. masc. A. et Ilex: Tab. 350. masc. A.
- ν. *Amentum imbricatum*: SALIX fusca. Tab. 85. masc. Fig. 1. fem. Fig. 6. IUNIPERUS communis. Tab. 95. masc. Fig. 1.
- Squamae patentes*: SALIX fusca. Tab. 85. masc. Fig. 1.
4. *Paleae gemmae*: PINUS sylvestris. Tab. 82. masc. Fig. 1. 2. K.

*Squamae gemmae instar Involucris ad basim Amenti:*  
SALIX fusca. Tab. 85. masc. Fig. 1. g,

5. ♀. *Amentum nudum:* FAGUS Castanea, Suckow  
Anfangsgr. d. theor. Bot. Tab. X, masc. Fig. 1. andro-  
gyn. Fig. 2.

6. ♂. *Strobilus:* HUMULUS Lupulus. Tab. 88. Fig.  
11. — CARPINUS Betulus. *Tournef.* I. R. H. Tab.  
348. K. item: BETULA alba. Tab. 360. G.

ψ. *Conus:* PINUS sylvestris Tab. 82. Fig. 7. P. Fig.  
8. — confer Figuras: *Tournef.* I. R. H. Pinus: Tab.  
355. G. Tab. 356. P. Q. Abies: Tab. 358. G. H.  
Alnus: Tab. 359. L. — *Oeder* Elem. bot. Tab. XII.  
Fig. 119. *Weiß* Forstbot. Tab. VIII. Fig. 84. 85.

## §. 78.

Tironum gratia, subiungimus COROLLA-  
RIUM adhuc MONITORUM, illustrantium

*TERMINOS* quosdam *singulares*, qui-  
bus in describendis Characteribus plantarum, sic  
dicto

*Flore composito* instructarum usus est *LIN-*  
*NAEUS*; quos vero etiam

simili significatione applicavit ad descriptio-  
nem Characterum plantarum

*umbellatis Floribus* gaudentium, item-  
que

*aggregatis*, sensu huius Termini et pro-  
prio stricto (§. 24. n. 4.) et lato. (§. 67. n. 2. conf.  
notam (\*) adiunctam,)

I. a. *DISCUS* denotat mediam partem, i. e.  
regionem circa centrum:

b. *RADIUS* ambitum, five peripheriam in Floribus compositis (§. 24. C.) itemque aggregatis, sensu proprio stricto (§. 24. C. n. 4.) sic dictis.

E x e m p l a :

I. a. *DISCUS*:

α. *Floris compositi radiati*:

HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Fig. 2. magnitudinis proportione diminuta. Y. Flosculos in centro distinguit. — conferantur: CALENDULA officinalis. Tab. 69. Fig. 2. — itemque Figuræ: *Tournef.* I. R. H. Tab. 274. B. 277. X. 278. B. 279. B.

β. *Floris aggregati*:

SCABIOSA columbaria. — *Tournef.* I. R. H. Tab. 264. N. totus Flos aggregatus; cuius Discum distinguunt Flores Corolla monopetala regulari, quinquefida, laciniis aequalibus. O. O. Flosculus Disci separatus. — confer. *Oeder* Elem. bot. Tab. XI. Fig. 107. totus Flos aggregatus: α. Flosculus Disci separatus: d.

b. *RADIUS*:

γ. *Floris compositi radiati*:

HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Fig. 2. magnitudinis diminuta. Z. Flosculos extimos denotans. — conferantur: CALENDULA officinalis. Tab. 69. Fig. 2. — itemque Figuræ: *Tournef.* I. R. H. Tab. 274. C. 277. Z. 278. C. 279. C.

δ. *Floris aggregati*:

SCABIOSA columbaria. *Tournef.* I. R. H. Tab. 264. N. totus flos aggregatus; cuius Radium distinguunt Flores Corolla irregulari, monopetala, quinquefida; laciniis inaequalibus, tribus nempe maioribus, media maxima. T. Flosculus Radii separatus. — conf. *Oeder.* Elem. bot. Tab. XI. Fig. 107. totus Flos aggregatus: α. Flosculus radii separatus: c.

2. Comparando talem Florem compositum, e. g. radiatum, vel aggregatum, (vid. exemplan. I. a. b.)

cum congerie Florum in formam Umbellae (§. 63. 64. 65.) dispositorum, in horum descriptione *LINNAEUS* iisdem Terminis utens, appellat quoque:

*α. Discum UMBELLAE*, vel *Disci Flosculos*: qui Umbellae regionem mediam circa centrum superficiei,

*β. Radium UMBELLAE*, vel *Radii Flosculos*: qui eius peripheriae ambitum occupant.

#### E x e m p l a :

2. *α. Discus UMBELLAE*: considerando situm Florum, in formam Umbellae dispositorum:

HERACEUM Sphondylium. (Characterem genericum vide in *Linnaei* Gen. ed. VI. n. 345.)

Huius vulgaris plantae Umbellam examinando, reperies:

In Flosculis, mediam regionem, (quae *Discus* appellatur a *LINNAEO*) occupantibus, Corollam regularem pentapetalam; petalis omnibus proportionem ac figura aequalibus, hinc diversam a caeteris, quibus formatur

- β. Radius UMBELLAE*:

in huius enim Flosculis, Corolla quidem, (ut in tota UMBELLATARUM familia) etiam est pentapetala, at in nostra planta figurae irregularis, ob diversam petalorum, longitudine inaequalium, proportionem. Petala nempe exteriora maiora sunt, magisque bifida; reliqua emarginata. vid. *Tourneforti*. I. R. H. Tab. 170. Sphondylium. A. separatum petalum; maius, bifidum: B.

Aliud exemplum inter plantas vulgares offert: CAUCALIS grandiflora — in qua etiam facillima erit distinctio Flosculorum *Disci α.* ob faciem Corollae valde diversam, qua discrepant a Flosculis sic dicti *Radii Umbellae β.* — conf. Characterem genericum *Linnaeanum* in nota ad §. 81. n. 9.



3. Probe itaque distinguat tiro, plantarum UMBELLATARUM legens LINNAEI genericas descriptiones, hancce ideam Termini

*Radii UMBELLAE*, (n. 2.  $\beta$ .) denotantis Flores Umbellae extimos, ob quorum aliquando a caeteris diversam atque singularem formam (de qua vide infra §. 81. n. 9.) dicitur LINNAEO *Umbella radiata*;

ab alia huius vocis significatione, qua Pedunculi Umbellam constituentes, quoque Radii nunc universales nunc partiales (§. 65. a.  $\alpha$ . b.  $\beta$ .) dicuntur.

Quomodo usus fuerit LINNAEUS hisce Terminis ambiguus, atque ideo tironibus intellectu difficillimis, quia sub eadem voce res admodum diversae intelligi debent, optime docet

CAUCALIDIS Character generis Linnaeanus, *Gen. Pl. ed. VI. n. 331.* vid. infra §. 81. n. 9. notam. Ibi enim:

1. sub titulo *CALYCIS* mentio fit in *Umbella universali*: „*Radiorum paucissimorum*” — qui denotant Pedunculos primarios, (f. universales) Umbellae universalis, (§. 65. a.  $\alpha$ .)

itemque deinde sub *partiali Umbella*, quae describitur: „*inaequalis, radiis copiosior*” — significantibus Pedunculos secundarios (f. partiales §. 65. b.  $\beta$ .) Umbellam partialem f. Umbellulam constituentes.

2. in descriptione *Involucri universalis*: (§. 12.  $\alpha$ .) „*foliolis numero radiorum*” — Pedunculi primarii (f. universales §. 65. a.  $\alpha$ .) Umbellae universalis intelliguntur; sicut in

3. descriptione *Involucri partialis*: (§. 12.  $\beta$ .) „*foliolis consimilibus radiis longioribus*” — haec comparatio fit cum Pedunculis Umbellulae partialibus. (§. 65. b.  $\beta$ .)

4. Sub titulo: *COROLLAE universalis* (vid. infra n. 5. γ.) quae describitur: „*difformis radiata*” — indicatur hocce Termino totius Umbellae facies singularis, similitudinem quandam referens cum Flore composito radiato, ob petala Corollae Flosculorum extimorum Umbellae, maiora, eminentia. (vid. §. §I. n. 9.)
5. „*Corolla propria Radii hermaphrodita*” — denotat Corollam Flosculi hermaphroditi, e numero eorum qui peripheriam Umbellae constituunt. (vid. supra n. 2. β.)
6. Sub titulo: *PISTILLI*: „*radii Germen oblongum*” — quoque denotat germen Flosculi e numero eorum, qui ad peripheriam Umbellae locati sunt.
7. His adde: vocis *Radii* consuetam notissimamque significationem, utpote Termini, quo in Floribus compositis, et LINNAEUS, et fere omnes Botanici utuntur. (§. 24. C. n. 3. huiusque §i n. 1. b.)

4. Tota congeries plurium florum, vel (uti ad indicandam differentiam partis a toto dici solent) *Flosculorum*, (†) Calyce sive Perianthio communi (§. II. d.) exceptorum

a. in Floribus compositis, (§. 24. C. n. 1. 2. 3.) et

β. aggregatis (§. 24. C. n. 4.) a LINNAEO appellatur

c. *COROLLA universalis*.

Terminus sane singularis, quem instar tituli generalis praefixum videmus in Characteribus genericis, descriptioni variarum qualitatum generalium, quae Flori composito, in complexu omnium Flosculorum considerato, competunt.

d. *COROLLAE propriae* titulo quasi speciali distinguit LINNAEUS, descriptionem

qualitatum specialium, quas scilicet Corollis singularum Flosculorum proprias esse observamus.

N o t a :

- (†) *Flosculus* „dicitur flos partialis floris aggregati.”  
 LINN. philof. bot. p. 76. §. 116.  
 (Confer a nobis allegatam definitionem Linnaeanam  
 Floris aggregati. §. 67. n. 2. (\*) in nota.)

E x e m p l a :

4. c. *COROLLA universalis*:

α. in *Flore composito*:

LEONTODON Taraxacum. Tab. 66. Fig. 2. C.

XERANTHEMUM annuum. Tab. 67. Fig. 2. 4.

C. HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Fig. 2. C.

CALENDULA officinalis. Tab. 69. Fig. 2. C.

β. in *Flore aggregato*:

DIPSACUS laciniatus. Tab. 9. Fig. 1. C.

d. *COROLLA propria*:

α. in *Flore composito*:

LEONTODON Taraxacum. Tab. 66. Fig. 3. 4. 5.

C. XERANTHEMUM annuum. Tab. 67. Flosculi hermaphroditi; in Disco: Fig. 6. 7. 8. \* Femininei;

in Radio: Fig. 9. HELIANTHUS annuus. Tab. 68.

Flosculi hermaphroditi; in Disco: Fig. 3. 4. \* Femininei, in Radio: Fig. 5. C.

CALENDULA officinalis. Tab. 69. Flosculi hermaphroditi; in Disco;

Fig. 3. h. Fig. 4. \* C. Fig. 6. \* Femininei; in Radio:

Fig. 3. f. Fig. 5. C.

β. in *Flore aggregato*:

DIPSACUS laciniatus. Tab. 9. Fig. 2. C.

5. Simili verborum significatione, (n. 4. c. d.)

in UMBELLATIS comprehendit LINNAEUS, titulo quasi generali

γ. *COROLLAE universalis*, descriptionem habitus (i. e. faciei externae) et qualitatum variarum, quas Umbella acquirit Florum s. Flosculorum omnium complexu.

δ. *COROLLA propria*, vero, tanquam titulus specialis, in descriptione singuli Flosculi, e quorum omnium congerie Umbella componitur, qualitates proprias respectu Corollae indicat.

E x e m p l a :

5. γ. *Corolla universalis UMBELLAE*:  
ANETHUM Foeniculum. Tab. 13. Fig. 1.  
δ. *Corolla partialis UMBELLAE*:  
ANETHUM Foeniculum. Tab. 13. Fig. 3. \* C.

§. 79.

E praemissis hisce paucis (§. 78. n. 1 — 5.) credimus iam faciliorem fore tironibus intellectum horum non solum, sed et plurium adhuc *LINNAEO* familiarium Terminorum, per saepe occurrentium in Eius Characteribus genericis *UMBELLATARUM*, ut et passim aliarum plantarum descriptionibus; de quorum ambiguitate permulti valde queruntur, praesertim cum iis a *LINNAEO* et in *Philosophia botanica*, et *Terminis botanicis* vel silentio praetermissis, vel haud satis dilucide explicatis, desint definitiones, ideam rei cui describendae destinati sunt, clare exprimentes, quibusque hauriendis ad fontes aliorum librorum terminos botanicos explicantium, frustra accurrunt.

§. 80.

Qui autem respiciendo ad superius (§. 67. n. 1 — 5.) indicata momenta, simulque ad qualitatatum  
(§. 78.

(§. 78. n. 1 — 5.) comparationem attendendo, Terminorum causas et analogiam rimatur, haud amplius haesitabit in resolutione quaestionum: quid sit a *LINNAEO* dicta:

1. *Corolla propria Disci?* 2. *Corolla propria Radii?* additisque distinctionum vocibus: 3. *aequalis?* 4. *inaequalis?* 5. *Corolla universalis?* additis distinctionum verbis: *aequalis?* 6. *inaequalis?* 7. *uniformis?* 8. *difformis?* huiusque species: 9. *radiata?*

## §. 81.

Plus lucis vero adhuc expectare licet, a consideratione ipsa plantarum e diversis Classibus, in quorum generici Characteris descriptione *LINNAEUS* hisce Terminis (§. 80. n. 1 — 9.) usus est.

Hac itaque via electa, tutissime nos duci credimus ad veras eorum significationes, quas definitionibus quatenus licet explicare, atque dein exemplis plenius illustrare conabimur.

1. a. *Corolla propria DISCI*: Sic vocatur Corolla singuli Flosculi (§. 78. n. 4. d.) e numero eorum, qui Discum (§. 78. n. 1. a. n. 2. a.) occupant, ad distinctionem a

2. b. *Corolla propria Radii*; denotante Corollam singuli Flosculi ex iis qui Radium (§. 78. n. 1. b. n. 2. b.) constituunt.

## E x e m p l a :

1. a. *Corolla propria DISCI:**α. in Flore composito radiato.*

XERANTHEMUM annuum. Tab. 67. Flosculi hermaphroditi: Fig. 6. magnitudine naturali. \* aucta. Fig. 7. \* 8. \* C. Flosculi feminei: Fig. 9. \* 10. \* —

HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Flosculi hermaphroditi: Fig. 3. magnitud. naturali: \* aucta. Fig. 4. \* —

CALENDULA officinalis. Tab. 69. Flosculi hermaphroditi: Fig. 4. C. magnit. naturali. \* aucta.

*β. in Flore aggregato:*

SCABIOSA columbaria. vid. § 78. n. 1. *α. β.* Figuras allegatas.

*γ. in Umbellatis:*

HERACLEUM Sphondylium. vid. §. 78. n. 2. *α.*

2. b. *Corolla propria RADII:**α. in Flore composito radiato:*

HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Flosculi feminei: Fig. 5. C. magnitudine naturali. — CALENDULA officinalis. Tab. 69. Fig. 5. C. magnit. naturali.

*β. in Flore aggregato:*

SCABIOSA columbaria. vid. §. 78. n. 1. b. *β.* Figuras allegatas.

*γ. HERACLEUM Sphondylium. vid. §. 78. n. 2. β.*3. c. *Corolla propria DISCI aequalis:*

si in Corolla singuli Flosculi, e numero eorum qui Discum (§. 78. n. 1. a. n. 2. *α.*) constituunt, respectu proportionis partium et figurae aequalitas observatur:

e. g. in monopetala: (§. 19. a. §. 20. A. *β.*) si omnes laciniae eiusdem; in polypetala: (§. 19. b. §. 20. B.) si omnia petala longitudine latitudineque pari, itemque simili figura conveniunt.

4. *Corolla propria* (d.) *DISCI*, aut (e.) *RADII* inaequalis: contrarias qualitates (n. 3.) denotat.

E x e m p l a :

3. c. *Corolla propria DISCI aequalis*:

α. *in Flore composito radiato*:

XERANTHEMUM annuum. Tab. 67. Flosculi hermaphroditi, Corolla monopetala, limbo quinque-dentato erecto: Fig. 6. magnitud. naturali. \*aucta. Fig. 7. \* Fig. 8. \* C. — HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Flosculi hermaphroditi, Corolla monopetala: Fig. 3. magnitudine naturali. \* aucta. Fig. 4. \* l. limbo aequali quinque-dentato erecto. — CALENDULA officinalis. Tab. 69. Flosculi hermaphroditi, Corolla monopetala, limbo quinque-fido, plano: Fig. 4. C. magnit. naturali. \*aucta.

β. *in Flore aggregato*:

SCABIOSA columbaria. vid. §. 78. n. 1. a. β. Figuras allegatas.

γ. *in Umbellatis*:

HERACLEUM Sphondylium. vid. §. 78. n. 2. α.

4. d. *Corolla propria DISCI inaequalis*:

XERANTHEMUM annuum. Tab. 67. Flosculi feminei, Corolla monopetala, laciniis quinque inaequalibus, duobus majoribus: Fig. 9. magnitud. naturali. \* aucta. Fig. 10. \*

e. *Corolla propria RADII inaequalis*:

α. *in Flore composito radiato*:

HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Flosculi feminei, Corolla monopetala, ligulata: Fig. 5. C. magnit. naturali. — CALENDULA officinalis. Tab. 69. Flosculi feminei, Corolla monopetala, ligulata: Fig. 5. C. magnitudine aliquantum aucta.

β. *in Flore aggregato*:

SCABIOSA columbaria. vid. §. 78. n. 1. b. β. Figuras allegatas.

γ. *in Umbellatis*:

HERACLEUM Sphondylium. vid. §. 78. n. 2. β.

5. f. *COROLLA universalis aequalis*:—si respectu Corollae propriae (n. 3. c.) monopetalae vel polypetalae, convenientia dictarum qualitatum, figurae nempe similitudo et proportionis aequalitas, in tota Flosculorum congerie observatur. Contra vero

6. g. *COROLLA universalis inaequalis*: discrepantiam Flosculorum quorundam in Corollae propriae (n. 3. d.) figura et proportione relativa significat.

## E x e m p l a :

5. f. *COROLLA universalis aequalis*.

α. in Flore composito:

CARPESIMUM — BACCHARIS — vid. Characteres genericos eorum in *Linn. Gen. ed. VI. n. 948. 949.*

β. in Flore aggregato:

DIPSACUS laciniatus. Tab. 9. Fig. 1. C.

γ. in Umbellatis.

ANETHUM Foeniculum. Tab. 13. Fig. 1. qualis vero, ob omnium Flosculorum respectu Corollae aequalem formam, vocatur quoque a *LINNAEO*: *Corolla universalis uniformis.* (vid. sequent. n. 7.)

6. g. *COROLLA universalis inaequalis*:

α. in Flore composito radiato:

XERANTHEMUM annuum. Tab. 67. Fig. 2. C.

β. in Flore aggregato:

SCABIOSA columbaria. vid. §. 78. n. 1. a. β. b. γ. Figuras allegatas.

γ. in Umbellatis:

HERACLEUM Sphondylium. vid. §. 78. n. 2. α. β.

7. h. *COROLLA universalis uniformis*: si Flosculi totius congeriei perfecte conveniunt, Co-



rollarum propriarum forma in omnibus ac singulis eadem, sive sit regularis sive irregularis. Si autem ab ista convenientia paululum deflectunt Flofculorum aliqui,

*subuniformis* dicitur.

8. i. *COROLLA universalis difformis*: si Corollae propriae quorundam Flofculorum regularis sunt, caeterorum irregularis figurae; hinc respectu ad totam congeriem, in forma Flofculorum insignis est discrepantia.

E x e m p l a :

7. h. *COROLLA universalis uniformis*:

a. in Flore composito; e Flofculis, Corolla monopetala, regulari, tubulosa:

CARDUUS. — CARTHAMUS. — confer Figuras: *Tournef.* I. R. H. Tab. 251. Flos flofculosus. A. A. itemque: Tab. 253. 255. 256. 258. — *Oeder Elem. bot.* Tab. XI. Fig. 105. a.

e Flofculis, Corolla monopetala, irregulari, ligulata:

LEONTODON *Taraxacum.* Tab. 66. Fig. 2. C.

β. in Flore aggregato; Corolla monopetala quinquefida, subaequali:

DIPSACUS *laciniatus.* Tab. 9. Fig. 1. C.

γ. in Umbellatis; Corolla pentapetala aequali; ANETHUM *Foeniculum.* Tab. 13. Fig. 1.

8. i. *COROLLA universalis difformis*:

a. in Flore composito capitato; e Flofculis aliis Corolla regulari, aliis irregulari, monopetalis, tubulosis.

CENTAUREA *Cyanus.* *Tournef.* I. R. H. Tab. 254. *Cyanus.* A. D. Flofculi tubulosi, Corolla regulari: B, irregulari: D, — confer Figuras; *Oeder, Elem. bot.* Tab. XI. Fig. 106. Flofculi tubulosi, Corolla regulari: c. irregulari: b.

*in Flore composito radiato*; e Flosculis Disci, Corolla monopetala regulari: Radii, Corolla monopetala irregulari:

HELIANTHUS annuus. Tab. 68. Fig. 2. C. magnitudinis proportione diminuta. Flosculi hermaphroditi, Corolla monopetala, tubulosa, regulari; in Disco: Y. separatus, magnitud. naturali: Fig. 3. \* aucta. Flosculi feminei, Corolla monopetala, irregulari, ligulata; in Radio: Fig. 2. Z. separatus, magnitudine naturali: Fig. 5. C. — CALENDULA officinalis. Tab. 69. Fig. 2. C. Flosculi hermaphroditi, Corolla monopetala, tubulosa, regulari; in Disco; duo horum in situ naturali: Fig. 3. h. separati: Fig. 4. C. magnitud. naturali. \* aucta. Flosculi feminei, Corolla monopetala, irregulari, ligulata; in Radio; duo horum in situ naturali: Fig. 3. f. separati: Fig. 5. C. magnitudine naturali.

β. *in Flore aggregato*:

SCABIOSA columbaria. vid. §. 78. n. 1. a. β. b. δ. Figuras allegatas.

γ. *in Umbellatis*:

HERACLEUM Sphondylium. vid. §. 78. n. 2. α. β.

9. k. *COROLLA universalis difformis, radiata*:

Terminus in UMBELLATARUM plantarum descriptionibus Linnaeanis frequenter occurrens, denotat

faciem singularem Umbellae, similitudinem quandam cum Flore composito radiato dicto, (§. 24. C. n. 3.) referentem, vel

a. ob Petalorum quorundam inaequalitatem in omnibus Flosculis, vel

b. in iis solummodo, qui circa Peripheriam superficiei Umbellae locantur;

dum nempe petalis quibusdam reliquis multo maioribus, hinc eminentibus prae caeteris, radiorum stellae quasi imaginem simulantur.

E x e m p l u m :

9. k. *COROLLAE universalis difformis, radiatae in Umbellatis:*

*CAUCALIS grandiflora.* Icon in *Iacquni Flora austriaca.* Vol. I. Tab. 24.

Deficientis Iconis in vicem esse poterit Character generis, cujus verba e *Linn. Gen. ed. VI. p. 130. n. 331.* exscripsimus, simul ad Terminorum quorundam explicationem superius (§. 78. sub n. 3.) datam respiciendo,

„*CALYX.* *Umbella universalis* inaequalis, radiorum paucissimorum.

*Partialis* inaequalis, radiis copiosior, quorum quinque exteriores maiores.

*Involutrum universale* foliolis numero radiorum, indivisis, lanceolatis, margine membranaceis, ovatis, brevibus:

*Partiale* foliolis confimilibus, radiis longioribus, saepius quinis.

*Prianthium* proprium quinquentatum, exsertum.

*COROLLA universalis difformis, radiata. Flosculi* Disci abortivi.

*Propria Disci* mas: parva. Petalis quinque inflexo-cordatis.

*Propria Radii* hermaphrodita: Petalis quinque inflexo-cordatis, inaequalibus: extremo maximo, bifido.

*STAMINA* omnibus *Filamenta* quinque, capillaria. *Antherae* parvae.

*PISTILLUM:* *Radii Germen* oblongum, scabrum, inferum. *Styli* duo, subulati. *Stigmata* duo, patentia, obtusa.

*PERICARPIUM:* *Fruktus* ovato oblongus, striis longitudinalibus, fetulis rigidis hispidus.

*SEMINA* duo; oblonga, hinc convexa, subulatis acuminibus secundum strias armata, inde plana.<sup>22</sup>

10. Ultimum est quod notamus: In Characteribus genericis plantarum totius Classis XIX, *SYNGENESIAE* a *LINNAEO* earum Flos compositus appellatur:

1. *COROLLA composita*, eadem significatione, ac alias Termino usus est *Corollae universalis*, (§. 78. n. 4. c. et in hoc §. n. 5 — 9.) cuius

Flosculi ab Eodem dicuntur

m. *Corollulae*; sic ut non solum eorum Corolla, quam dein distinguit Terminus Corollae propriae, (vid. supra n. 1 — 4.) sed et aliae partes Flosculi (†) subintelligantur.

(†) Hoc indicant termini: *Corollulae mares*; — *feminae*; — *hermaphroditae*: loco Flosculi mares; feminei; hermaphroditi. Confer Characteres genericos, e. g. *LEONTODI*. Tab. 66. *XERANTHEMI*. Tab. 67. *HELIANTHI*. Tab. 68.

### §. 82.

E dictis §. 78. n. 1 — 5. et §. 81. n. 1 — 10. itaque patet:

plurimas Florum compositorum aggregatorumque ut appellari solent, itemque Umbellarum qualitates, quae a *LINNAEO* sub titulis Corollae universalis aut compositae (conferendo §. 24. C. n. 1 — 4. cum §. 67. n. 5. §. 78. n. 4. c. n. 5, 7. §. 81. n. 1 — 10.) describuntur,

omnino ad *Formas INFLORESCENTIAE* (§. 58.) pertinere: his enim si associantur, idea earum a multis dubiis liberatur, quibus ambiguitate vocum: Corollae universalis; compositae; ac Corollulae, implicata fuit.

---

### CAPUT III.

## SYSTEMATUM BOTANICORUM NOTIO GENERALIS.

---

### §. 83.

**S**YSTEMA BOTANICUM, vel uti quoque appellatur: SYSTEMA VEGETABILIIUM, aut SYSTEMA itemque METHODUS PLANTARUM, est:

*VEGETABILIIUM* artificiosa partitio atque dispositio, (†) ad observatarum similitudinem aut dissimilitudinem qualitatum normam, alia ob convenientiam coniungendo, alia ob discrepantiam separando, facta, cuius ope

myriades Vegetabilium, secundum fixas quasdam principiorum pro fundamento dispositionis electorum leges, distribuuntur in

*CLASSES*, (§. 89.) *ORDINES*, (§. 88.) *GENERA*, (§. 85.) *SPECIES*, (§. 84. a.) atque *VARIETATES*. (§. 84. b. c.)

Addimus quaedam ad eorum generalem notionem:

1. Mos est: Inventoris nomine Systemata botanica appellare; e. g. *SYSTEMA TOURNEFORTIANUM* vel *TOURNEFORTII*; *LINNAEI*, etc. vel etiam simul indicare fundamentum, quo Systematis basis innititur, et a quo divisionis principia peti solent: e. g. *Systema a SEXU*, vel *SEXUALE LINNAEI*; *a COROLLA*, *TOURNEFORTII*; *a FRUCTU*; *a CALYCE*; etc.

2. USUS Systematum est:

a. allevant studium Scientiae.

b. asservant historiam plantarum, quae ab antiquissimis ad nostra usque tempora innotuerunt, observationibus ac descriptionibus illustratam, feculis futuris.

(†) a. „DISPOSITIO Vegetabilium, divisiones s. conjuncturas docet; estque vel *Theoretica*, quae Clases, Ordines, Genera; vel *Practica*, quae Species & Varietates instituit.”

b. „Dispositio plantarum, ex fundamento fructificationis, recentiorum inventum est.”

c. „Dispositio Vegetabilium, vel *Synoptice* vel *Systematice* absolvitur, & vulgo *Methodus* audit.”

d. „*Synoptica* divisio, Seculo XVI & XVII maxime in usu fuit.”

- e. „*Systematica* vero, Seculo XVIII praecipue excolta fuit, incepta a Tournefortio & Rivino.” LINN. *Philos. bot.* p. 97. §. 152 & 153.
- f. „SYNOPSIS tradit Divisiones arbitrarias, longiores, aut breviores, plures aut pauciores; a Botanicis in genere non agnoscenda.”
- g. „*Synopsis* est dichotomia arbitraria, quae instar viae ad Botanicen ducit, Limites autem non determinat.”
- h. „*Clavis Classium* Synoptica est ex artis lege, ne confundantur distinguenda.” —
- i. „SYSTEMA Classes per quinque appropriata membra resolvit: *Classes, Ordines, Genera, Species, Varietates.*”

Exempla haec illustrent in aliis scientiis.

Geographia:	Ars militaris:	Philosophia:	Botanica:
Regnum,	Legio,	Genus summum,	Classis,
Provincia,	Cohors,	—intermedium,	Ordo,
Territorium,	Manipulus,	—proximum,	Genus,
Paroecia,	Contubernium,	Species,	Species,
Pagus.	Miles.	Individuum,	Varietas.

Tournefortio debet Botanice hos familiarium limites.

Differentia inter Synopsin & Systema haec est:

Synopsi: a. 2; b. 4; c. 8; d. 16; e. 32.

Systemati: a. 10; b. 100; c. 1000; d. 10,000; e. 100,000.

itaque praestat Systema Synopsi.”

1. „Filum ariadneum Botanicis est Systema, sine quo Chaos est res herbaria.

Exemplo sit planta incognita indica; evolvat Botanophilus descriptiones, figuras, indices omnes, nec reperiet nomen, nisi casu; sed Systematicus sive antiquum; sive novum genus mox determinabit.” *Philos. bot.* p. 98. §. 154. 155. 156.

## §. 84.

Vegetabilium individua quae sponte crescendo, sub eadem climatis solique conditione, ac repetita generatione propagata, indolem innatam, ac faciem primitivae semper simillimam servant,

a. *SPECIES* appellantur,

Si autem harum Specierum (a.) proles, a cultura, climate, aut ab aliis causis insignem patitur et indolis suae et faciei primitivae mutationem,

b. *VARIETATES* dicuntur,

quae vero cultura neglecta, ac cessantibus aliis causis harum mutationum, ad pristinam nativam suam indolem, ac faciem primitivam redire solent.

Medio loco quasi inter Species (a.) et Varietates, (b.) sunt:

Plantae originis mixtae, impraegnatione scilicet facta a speciei alterius polline, asperso pistillis alterius speciei distinctae. Hoc quidem raro fit; sunt tamen variae Species tali modo sponte enatae, quae

c. *SPECIES* vel *VARIETATES hybridae* dicuntur. Plures arte produxit Cl. *KOELREUTER*. (†)

Quaedam e spontaneis propagant hybridam suam faciem; hinc Speciebus merito associatae; plurimae vero vel admodum difficillime, vel omnino non propagari seminibus possunt; hinc Varietatibus associandae.

#### E x e m p l a:

a. *SPECIES*:

*PYRUS Malus*. Tab. 44. quae specialis differentiae nota: foliis ferratis, laevibus; floribus corymbosis distinguitur a: *PYRO communi*, cui: folia subtus tomentosa; flores in Umbellae formam congesti.



*AQUILEGIA vulgaris*. Tab. 49. quae differt corniculis petalorum melliferis (Nectariis) curvis, ab: *AQUILEGIA canadensi*; cui haec recta sunt.

*CITRUS Aurantium*. Tab. 64. quae differt, foliorum acuminatorum petiolis alatis, a: *CITRO medica*; cuius foliis petioli lineares sunt.

b. *VARIETATES*:

*PYRI Mali* Varietates permultae, notissimae, ob culturam frequentem in hortis, primam originem debere *PYRO Malo sylvestri*, admodum vero simile est.

Huic primitivae arbori spontaneae, est statura admodum humilis; rami varia curvatura implexi, spinisque longis horridi. Poma acerba, austera, dura, exsucca, haud edulia. Cultura imitescentis *sativae* vero statura procerior; ramis explicatis, spinisque evanescentibus, forma speciosa. Poma maturitate succida, tenerae carnis, gratissimique saporis. — Simili culturae beneficio meliores suas qualitates debet & *PYRUS communis sylvestris*, in *sativam* mutata, unde quoque permultae enatae sunt varietates hortenses.

*AQUILEGIAE vulgaris* varietates plures sunt; tum spontaneae a climate & loco natali: α.) flore caeruleo, primitivae proprio; β.) rubro; γ.) carneo; δ.) albo, in regionibus frigidioribus; ε.) variegato: tum cultura luxuriantes: ζ.) floribus respectu Corollae impletione varie mutatis.

*CITRI Aurantii* varietates: α. fructu acido; β. dulci; primitivae speciei fructus amari sunt.

d. *hybridae*: inter *SPECIES*, sequentes a *LINNAEO* collocantur:

*AMARANTHUS* hybridus. *Linn. Spec. Plant. Edit. III.* p. 1406. n. 15. *AXYRIS* hybrida. *Spec. Plant.* p. 1390. n. 3. *CALENDULA* hybrida. *Spec. Plant.* p. 1304. n. 5. *CAMPANULA* hybrida. *Spec. Plant.* p. 239. n. 32. (e *CAMPAN.* *Speculum Veneris* dicta; matre.) — *CHENOPODIUM* hybridum. *Sp. Pl.* p. 319. n. 8. *CHELIDONIUM* hybridum. *Spec. Pl.* p. 724. n. 4. *DELPHINIUM* hybridum. (in *LINN. Amoenitatib. acad. Vol. III.* p. 37. *de Plantis hybridis*.) e *DELPHINIO* elato patre; & *ACONITO* Napello matre. Flos Delphinii elati. (*ZINN. Catalog. Plant.*

*horti & agri Gottingenf.* p. 122. pro distincta specie habet.) Primo exorta in horto Petropolitano, inde in hortum Upsaliensem missa, ubi optime e feminibus propagatur. *Linn. Amoen. l. c. Horti Upsal.* p. 151. 7. Postea vero non amplius ejus mentio fit a LINNAEO, nec in *Speciebus Plantar.* nec in *Systemate Naturae,* nec *Vegetabilium.* — GERANIUM hybridum. *Syst. Vegetab.* ed. 13. p. 613. n. 3. Filia Geranii inquinantis, ex GERAN. acetoso. Flores simillimi GERAN. inquinantis, sed herba minor; folia non tomentosa, simillima GER. acetoso. LINN. in *Mantiff.* p. 97. — TRIFOLIUM hybridum. *Sp. Pl.* p. 1097. n. 11. TROPAEOLUM hybridum. *Syst. Vegetab.* ed. 13. p. 357. n. 3. Planta noviter orta, e praecedenti. (TROP. maiore) Nectarium obtusum. Corolla vix unquam determinata. Semina vix producit, ramis multiplicanda. — In *Mantiffa* dicit LINN. p. 64. Habitat nullibi; enata Holmiae in horto Ehrenreich, femine rarius propaganda planta. — VERONICA hybrida. *Sp. Pl.* p. 14. n. 8. Folia VERON. officinalis; Caulis VERON. spicatae, sed Spicae maiores, pallidiores. — VICIA hybrida. *Sp. Pl.* p. 1037. n. 13.

- (j) Plura de *Plantis hybridis* reperies in KOELREUTER *Beobachtungen und Versuche das Geschlecht der Pflanzen betreffend. Drey Fortsetzungen. Leipz.* 1761 — 1766. octavo.

### §. 85.

d. *GENUS* vocatur: plurium Specierum, itemque ad eas pertinentium Varietatum, (§. 84. a. b. c.) ob convenientiam qualitatum in iisdem observatarum, consociatio.

### §. 86.

Notamus varios, qui et distinctionem inter Species, (§. 84.) et coniunctionem earum in Genera, (§. 85.) respiciunt, Terminos:

1. *CHARACTER* est: Descriptio notarum convenientiae, vel differentiae. Hinc

*Glandulis tribus,*  
*oblongis,*  
*truncatis,*  
*coloratis,*  
*longitudine germinis,*  
*germen circumstantibus.*

STAMINA.   
 Fig. 1. 5.   
 \* aucta.   
 {   
 f. *Filamenta* novem,   
 erecta,   
 fubulata,   
 patentia.   
 a. *Antherae* trilobae.

PISTILLUM.   
 Fig. 1. 4. 5. 6.   
 \* auctum.   
 {   
 g. *Germen* inferum,   
 ovatum.   
 s. *Stylus* crassiusculus,   
 longitudine flaminum.   
 t. *Stigma* subtrilobum   
 lobis divaricatis, ovatis,   
 subacutis.

P.   
 PERICARPIUM.   
 Fig. 7. 8. 9.   
 \* auctum.   
 {   
 BACCA ovata,   
 (calyce coronata,) *Weiß.* Fig. 7. 8. \* K.   
 substantiae carnofo - glatinosae.

*Fig. 8.* Sectio *baccæ* longitudinalis, \* aucta.

*Fig. 9.* Sectio *eiusdem* transversalis \* aucta.

S.   
 SEMINA.   
 Fig. 8. 9. 10.   
 \* aucta.   
 {   
 multa,   
 columellae longitudinaliter   
 affixa, *Fig. 8.* \*   
 parva, cuneiformia,   
 pulpa viscosa cincta.

*Nomen triviale:* CASSYTA *baccifera* SOLANDRI.   
 nova scilicet species, polysperma, a. D. M. *Dan. Solander*   
 nunc primum descripta, (et *Icone illustrata in Joh. Milleri*   
 *Opere maiore: Illustr. Syst. sex. Linn.*) *germ.* vielfaa-   
 mige Beeren-Cassyta. *angl.* berry-bearing Cassyta with   
 many feeds.

*Habit.* in India. *Planta perennis.*

Classis IX. Ordo II.

## ENNEANDRIA. TRIGYNIA.

## R H E U M.

LINN. Gen. n. 506.

Tab. 30.

C A L Y X, nullus

C.  
COROLLA.

Fig. I. 2.

\* aucta.

monopetala,  
 basi angustata,  
 impervia;  
 limbo sexfido;  
 laciniis obtusis,  
 alternis minoribus,  
 marcescens.

S T A M I N A.

Fig. I. 3. 4.

\* aucta.

f. Filamenta novem,  
 capillaria,  
 corollae inferta,  
 eiusdemque longitudine.  
 a. Antherae didymae,  
 oblongae,  
 obtusae.

P I S T I L L U M.

Fig. I. 5.

\* auctum.

g. Germen triquetrum,  
 breve.  
 s. Styli vix ulli.  
 t. Stigmata tria,  
 reflexa,  
 plumosa.

PERICARPIUM, nullum.

S. S E M E N.	}	unicum,
Fig. 6. 7.		magnum,
* auctum.		triquetrum,
		acutum,
		<i>marginibus</i> membranaceis.

Fig. 7. \* *Seminis aucti sectio transversalis.*

*Nomen triviale:* RHEUM *palmatum.* Linn. Sp. Pl. p. 531. n. 3.  
*german.* handförmigblattrige Rhabarber.  
*angl.* palmated Rhubarb.

*Habit.* in China, ad murum. *Planta perennis.*

Classis IX. Ordo III.

## ENNEANDRIA. HEXAGYNIA.

## BUTOMUS.

LINN. Gen. n. 507.

Tab. 31.

K. CALYX.  
Fig. 1.

I NVOLUCRUM simplex I.  
tryphillum;  
*Foliola* oblonga,  
acuta,  
concava,  
glabra,  
pedunculis duplo breviora.  
(*Perianthium* nullum.) *Weiß.*

C. COROLLA.  
Fig. 2. 3. 4.

*Petala* sex,  
subrotunda,  
concava,  
marcescentia:  
*alternis exterioribus*  
*minoribus,*  
*angustioribus. e.*

S T A M I N A.  
Fig. 2. 5. 6. 7.  
\* aucta.

f. *Filamenta* novem,  
subulata,  
quorum sex exteriora.  
a. *Antherae* bilamellatae, Fig. 7. \*  
(*erectae, subquadrilobae.*) *Weiß.*

g. Ger-

- PISTILLUM.**  
 Fig. 8. 9.  
 \* auctum.
- { g. *Germina* sex,  
 oblonga,  
 acuminata, in  
 s. *Stylos* definitia.  
 t. *Stigmata* simplicia.  
 ad stylorum latera interiora. Fig. 9.
- P.**  
**PERICARPIUM.**  
 Fig. 10. 11.  
 \* auctum.
- { CAPSULAE sex,  
 oblongae,  
 sensim attenuatae,  
 erectae,  
 univalves.  
 introrsum dehiscentes. Fig. 11.
- S. SEMINA.**  
 Fig. 11. 12.  
 \* aucta.
- { plurima,  
 oblongo - cylindracea,  
 utrinque obtusa.

*Nomen triviale:* BUTOMUS *umbellatus* Linn. Sp. Pl. p. 532. n. 1. *german.* doldenförmige Wasserviole; Blumenschwertel; Blumenbinfen. *angl.* flowering Rush; Water Gladiole.

*Habit.* in Europae aquosis, ad margines paludum, fluviorum et stagnorum. *Planta perennis.*

Classis X. Ordo I.

DECANDRIA. MONOGYNIA.

K A L M I A.

LINN. Gen. n. 545.

Tab. 32.

K. CALYX.

Fig. 1. 2.

\* auctus.

C.

COROLLA.

Fig. 3. 4. 5.

\* aucta.

NECTARIA

Fig. 3. 4. 5.

\* aucta.

**P**ERIANTHIUM quinquepartitum,  
 parvum,  
 persistens: Fig. 9.  
 segmentis subovatis,  
 acutis,  
 teretiusculis.  
 monopetala,  
 hypocratero-infundibuliformis; Fig. 3.\*  
 t. Tubus cylindricus, Fig. 3.\*  
 calyce longior.  
 l. Limbus disco plano, Fig. 4.\*  
 ambitu erecto,  
 femiquinquesido. Fig. 3.  
 Cornicula nectarifera  
 decem, Fig. 3. 4. x.  
 extus e corolla prominentia,  
 in quorum cavitate,  
 ante florescentiam,  
 stamina atque antherae,  
 vaginae instar,  
 continentur, Fig. 6. m.  
 ambientia corollam, ubi  
 limbi ambitus erigitur.



STAMINA. { *f. Filamenta decem,*  
 subulata, *Fig. 7. \* auctum.*  
 erecto-patentia,  
 corolla paullo breviora, *Fig. 6. \**  
 basi corollae inserta.  
*a. Antherae simplices.*

PISTILLUM. { *g. Germen subrotundum.*  
*s. Stylus filiformis,*  
 corolla longior,  
 declinatus.  
*t. Stigma obtusum.*

P. { CAPSULA subrotunda,  
 PERICARPIUM. { depressa,  
 Fig. 9. 10. 11. 12. { quinquelocularis, *Fig. 10.*  
 \* auctum. { quinquevalvis. *Fig. 11.*

*Fig. 12. Loculus separatus.*

SEMINA. { numerosa,  
 Fig. 13. \* aucta. { oblonga.

*Nomen triviale:* KALMIA *angustifolia.* Linn. Sp. Pl. p. 561. n. 2. *german.* schmalblättrige Kalmie; Löffelbaum. *angl.* narrow-leaved Kalmia.

*Habit.* in Pennsylvania; New Jersey; New York. *Frutex.*

Classis X. Ordo II.

## DECANDRIA, DIGYNIA.

## SAXIFRAGA.

LINN. *Gen. n.* 559.

Tab. 33.

- |                                       |   |   |
|---------------------------------------|---|---|
| K. CALYX.<br>Fig. 1. 2.               | } | P<br>ERIANTHIUM monophyllum,<br>quinquepartitum,<br>breve, acutum,<br>persistens. Fig. 6.                   |
| C. COROLLA.<br>Fig. 1. 3.             | } | P<br>etala quinque,<br>patentia,<br>basi angusta. u. Fig. 3.  |
| S T A M I N A.<br>Fig. 4.<br>* aucta. | } | f. Filamenta decem,<br>fubulata.<br>a. Antherae subrotundae.  |
| PISTILLUM.<br>Fig. 4. 5.              | } | g. Germen subrotundo-acuminatum;<br>-definens in<br>s. Stylos duos, conicos, breves.<br>t. Stigmata obtusa. |
| P.<br>PERICARIUM.<br>Fig. 6. 7. 8. 9. | } | CAPSULA subovata, birostris,<br>unilocularis, Fig. 7. 8.<br>inter apices dehiscens. Fig. 9.                 |
| S. SEMINA.<br>Fig. 10. * aucta.       | } | numerosa,<br>minuta.  |

*Nomen triviale:* SAXIFRAGA *granulata*. Linn. Sp. Pl. p. 576. n. 24. *German.* Körnigwurzlicher Steinbrech  
*angl.* granulated Saxifrage.

*Habit.* in Europae apricis. *Planta perennis.*

Classis X. Ordo III.

DECANDRIA. TRIGYNIA.

STELLARIA.

LINN. Gen. n. 568.

Tab. 34:

K. CALYX.

Fig. 1. 2.

PERIANTHIUM pentaphyllum:  
*foliis ovato-lanceolatis,*  
*concavis,*  
*acutis,*  
*patentibus,*  
*persistentibus.*

C.  
 COROLLA.

Fig. 5.

\* aucta.

*Petala* quinque,  
*bipartita,*  
*plana, Fig. 4. \* auctum.*  
*oblonga,*  
*marcescentia.*

STAMINA.

Fig. 5.

\* aucta.

*f. Filamenta* decem,  
*filiformia,*  
*corolla breviora.*  
*alterna breviora.*  
*α. Antherae cordatae, Mill.*  
*(subrotundae. Linn.) Weiß.*

P.  
PISTILLUM.

Fig. 5. 6.

\* auctum.

- g. *Germen* subrotundum.  
 s. *Styli* tres,  
 filiformes,  
 (capillares, *Linn.*) *Weiß.*  
 patentes.  
 t. *Stigmata* obtusa,  
 (crassiuscula.) *Weiß.*

P.  
PERICARPIUM.

Fig. 7. 8. 9.

\* auctum.

- CAPSULA ovata,  
 tecta,  
 unilocularis, *Fig. 8.*  
 sexvalvis.

S E M I N A.

Fig. 10.

\* aucta.

- plurima,  
 subrotunda,  
 compressa.

*Nomen triviale*: STELLARIA. *Holostea*. *Linn. Sp. Pl. p.*  
*603. n. 4.* *german.* großblumige Sternpflanze. große  
 Vogelmeyer; Großnelkenmeyer. *angl.* *Stellaria greater*  
 Stichwort.

*Habit.* in Europae nemoribus. *Planta annua.*

Classis X. Ordo IV.

DECANDRIA. PENTAGYNIA.

O X A L I S.

LINN. Gen. n. 582.

Tab. 35.

<p>K. CALYX. Fig. 1. 2. 3. * auctus.</p>	<p>{ P E R I A N T H I U M quinquepartitum, acutum, breve, (brevissimum, Linn.) <i>Weiß.</i> persistens.</p>
<p>C. COROLLA. Fig. 3. 4.</p>	<p>{ quinquepartita, <i>unguibus</i> basi cohaerens, erecta, obtusa, emarginata.</p>
<p>STAMINA. Fig. 5. 6. * aucta.</p>	<p>{ f. <i>Filamenta</i> decem, capillaria, (erecta: Linn.) <i>Weiß.</i> <i>exteriora</i> breviora. Fig. 6. * a. <i>Antherae</i> subrotundae fulcatae.</p>
<p>PISTILLUM. Fig. 6. 7. * auctum.</p>	<p>{ g. <i>Germen</i> quinquangulare. s. <i>Styli</i> quinque, filiformes, (appressi, Fig. 6. 7. *) <i>Weiß.</i> longitudine staminum (interiorum.) <i>Weiß.</i> t. <i>Stigmata</i> obtusa.</p>

P.  
**PERICARPIUM** { CAPSULA pentagona,  
 Fig. 8. 9. 10. { quinquelocularis, Fig. 9.\*  
 \* auctum. { angulis dehiscens  
 { longitudinaliter. Fig. 10.\*

S. SEMINA. { subrotunda  
 Fig. 10. 11. \*aucta. { profilientia.

(OBS. LINN. l. c. „Capsula in aliis brevis, Seminibus solitariis;  
 in aliis longa, Seminibus plurimis.”) *Weiß.*

*Nomen triviale:* OXALIS *Acetofella*. Linn. Spec. Plant.  
 p. 620. n. 1. *german.* gemeiner weisser Sauerklee. *angl.*  
 Wood - Sorrel.

*Habit.* in Europae borealis fylvis. *Planta perennis.*

Classis X. Ordo V.

DECANDRIA. DECAGYNIA.

PHYTOLACCA.

LINN. Gen. n. 588.

Tab. 36.

- CALYX; { nullus, nisi  
Corollam  
calycem coloratum dicas.
- C.  
COROLLA. { Petala quinque, p.  
subrotunda,  
concava,  
Fig. 1. 2. 3. 4. patentia,  
\* aucta. apice inflexa  
persistentia.
- STAMINA. { f. Filamenta decem,  
(in alia specie, octo;  
in alia, viginti);  
Fig. 2. 4. 5. 6. subulata,  
\* aucta. corolla breviora.  
a. Antherae subrotundae,  
subincumbentes,  
(laterales Linn.) Weiß.
- PISTILLUM. { g. Germen orbiculatum,  
depressum,  
torulis externe divisum,  
definens in  
Fig. 2. 7. 8. s. Stylos decem,  
\* auctum. (in alia specie octo,)   
brevissimos,  
patenti-reflexos Linn.) Weiß.
- t. Stigmata simplicia. Fig. 8.\*

<p>P. PERICARPIUM. Fig. 9. * auctum.</p>	}	<p>BACCA orbiculata, depressa, fulcis decem (in alia octo) longitudinalibus exarata, pistillis umbilicata, totidem locularis.</p>
--	---	---

<p>SEMINA, Fig. 10. * aucta.</p>	}	<p>folitaria, reniformia, glabra.</p>
--	---	---

OBS. *PHYTOLACCA dioica* Linn. sexu distincta est. Linn. l. c.) *Weiß.*

*Nomen triviale:* *PHYTOLACCA decandra.* Linn. Sp. Pl. p. 631. n. 2. *german.* virginische Kermesbeere; *americanischer* Nachtschatten. *angl.* american Nightshade; *Poke.*

*Habit,* in Virginia. *Planta perennis.*



Classis XI. Ordo I.

## DODECANDRIA. MONOGYNIA.

## A S A R U M.

LINN. *Gen. n.* 589.

Tab. 37.

K. CALYX.

Fig. 1. 4.

PERIANTHIUM monophyllum,  
 campanulatum,  
 femitrifidum,  
 coriaceum,  
 coloratum,  
 villosum,  
 persistens: *Fig. 5. 6.*  
*laciniis* ovatis,  
 acuminatis,  
 erectis,  
 apice inflexis.

COROLLA,

nulla.

STAMINA.

Fig. 2. 3. 4.

*f.* Filamenta duodecim,  
 fubulata,  
 apici germinis inferta,  
 calyce dimidio breviora.  
*a.* Antherae oblongae,  
 circa medium filamentorum  
 adnatae.  
 (filamentorum parieti  
 medio adnatae. *Linn.*) *Weiß.*

## PISTILLUM.

Fig. 1. 2. 4. 5.

- g. *Germen inferum*, five  
 intra calycis substantiam  
 reconditum,  
 s. *Stylus conico-cylindraceus*,  
 crassus,  
 obtusus,  
 hexagonus,  
 longitudine staminum.  
 t. *Stigma stellatum*,  
 sexpartitum,  
*laciniis obtusis*,  
 reflexis.

P.  
PERICARPIUM.

Fig. 6. 7.

- CAPSULA ovata, Fig. 6.  
 intra substantiam calycis,  
 coriacea,  
 sub sexlocularis. Fig. 7.

## S. SEMINA.

Fig. 8.

- { plura,  
 { ovata.

\* *Semen auctum.*

*Nomen triviale:* ASARUM *canadense*. Linn. Sp. Pl.  
 p. 633. n. 2. *german.* canadensiche Haselwurz. *angl.*  
 Asarabacca of Canada.

*Habit.* in Canada. *Planta perennis.*

Classis XI. Ordo II.

## DODECANDRIA. DIGYNIA.

## AGRIMONIA.

LINN. Gen. n. 607.

Tab. 38.

K. CALYX.

Fig. 1. 2.

\* auctus.

**P**ERIANTHIUM monophyllum,  
quinquefidum *a.*\*

acutum,

parvum,

superum,

persistens;

*altero calyce obvallatum. b.*\*
C.  
COROLLA.

Fig. 3. 4. 5. 7.

\* aucta.

*Petala* quinque,

plana,

oblonga,

emarginata:

*unguibus angustis, Fig. 5. u.**calyci infertis. Fig. 7.*

STAMINA.

Fig. 6. 4. 3. 7.

\* aucta.

*f. Filamenta* capillaria,

corolla breviora,

calyci inferta. *Fig. 7.*
*a. Antherae* parvae,

didymae,

compressae.

PISTILLUM.      { g. *Germen inferum.*  
                           s. *Styli duo,*  
                           simplices,  
                           longitudine flaminum.  
 Fig. 7. 8.      { t. *Stigmata obtusa.*

P.      { nullum;  
 PERICARPIUM.      { *Calyx collo coarctatus,*  
 Fig. 9. 10. \*auctum.      { induratus.  
                           *Seçtio longitudinalis. Fig. 10.*

S. SEMINA:      { duo,  
 Fig. 11.      { subrotunda.

OBS. Stamina sæpe plura, quibusdam duodecim, rarius decem, quibusdam septem.

*Nomen triviale:* AGRIMONIA *Eupatoria.* Linn. Sp. Pl. p. 643. n. I.      *german.* gemeiner Odermennig; edel Leberkraut.      *angl.* Agrimony.

*Habit.* in Europae pratis argillaceis apricis, et ad vias.  
*Planta perennis.*

Classis XI. Ordo III.

## DODECANDRIA. TRIGYNIA.

## EUPHORBIA.

LINN. Gen. n. 609.

Tab. 39.

K. CALYX.

Fig. 1. 2. 3.

\* auctus.

**P**ERIANTHIUM monophyllum:  
 ventricosum,  
 subcoloratum:  
 ore quadridentatum, Fig. 2.  
 (paucioribus quinquedentatum.)  
 persistens.

C.  
COROLLA.

Fig. 1. 2. 3.

\* aucta.

Petala quatuor, *p.*  
 (paucis quinque,)  
 turbinata,  
 gibba,  
 crassa,  
 truncata,  
 inaequalia;  
 cum dentibus calycis  
 alterna K. Fig. 2. 3.  
*unguibus* margini calycis  
 imposita, *u.* Fig. 2. 3.  
 persistencia.

## STAMINA.

Fig. 2. 3. 5.

\* aucta.

f. *Filamenta* plura,  
 ( duodecim vel supra, )  
 filiformia,  
 articulata,  
 receptaculo inferta,  
 corolla longiora,  
 diverso tempore e corolla  
 erumpentia.

a. *Antherae* didymae,  
 subrotundae.

## PISTILLUM.

Fig. 5. 6.

\* auctum.

g. *Germen* subrotundum,  
 triquetrum,  
 pedicellatum.

a. *Styli* tres, bifidi.

t. *Stigmata* obtusa.

P.

## PERICARPIUM.

Fig. 7. 8. 9.

CAPSULA subrotunda,  
 tricocca,  
 trilocularis, Fig. 8. 9.  
 elastice diffriliens.

## S. SEMINA.

Fig. 10.

folitaria,  
 subrotunda.

*Nomen triviale*: EUPHORBIA *Lathyris*. Linn. Sp. Pl. p. 655. n. 36. *german.* breitblättrige Euphorbie; Wolfsmilch; Treibkörner; Purgier - Spring - Körner; Springkraut; Cataputien. *angl.* burning Thorny Plant; Spurge; Lathyris.

*Habit.* in Gallia; Italia; ad agrorum margines. *Planta biennis.*

Classis XI. Ordo V.

DODECANDRIA. DODECAGYNIA.

SEMPE R V I V U M.

LINN. Gen. n. 612.

Tab. 40.

K. CALYX.

Fig. 1. 2. 3.

P E R I A N T H I U M sex - Y.  
 ad duodecimpartitum, X.  
 concavum,  
 acutum,  
 ciliatum, (in hac specie) *Weiß.*  
 persistens.

C.

C O R O L L A.

Fig. 4. 5. 6.

*Petala* sex, Fig. 5.  
 ad duodecim, Fig. 4. 6.  
 oblonga, lanceolata,  
 acuta, concava,  
 calyce paullo maiora,  
 (ciliata in hac specie.) *Weiß.*

S T A M I N A.

Fig. 4. 7. 8. 9.

*f. Filamenta* sex, Fig. 7.  
 ad duodecim, Fig. 4.  
 subulato - tenuia.  
*a. Antherae* subrotundae;  
 subovatae, quadrifulcae,  
 (ante pollinis  
 explosionem,) Fig. 9. \* l.

Fig. 9. \* m. *Anthera* polline excusso.

N.  
NECTARIA.

Fig. 4. 8. 10.  
\* aucta.

{ plura, in hac specie,  
aut pauciora,  
varie colorata, Fig. 8. 10. \* N.  
germen ambientia, Fig. 4.  
(formam staminum sterilium  
simulantia.) *Weiß*.

PISTILLUM.

Fig. 10. 11.  
\* auctum.

{ g. *Germina* sex, Fig. 10.  
ad duodecim, Fig. 10. \*  
in orbem posita,  
crecta,  
desinentia in  
s. *Stylos* totidem,  
patentes.  
t. *Stigmata* acuta,  
(simplicia *Linn.*) *Weiß*  
villosa, (in hac specie) *Weiß*. Fig. 11. \*

Fig. 11. \* *Germen* singulum auctum.

P.  
PERICARPIUM.

Fig. 12. 13. 14.  
\* auctum,

{ CAPSULAE sex,  
ad duodecim, Fig. 12.  
oblongae, Fig. 13.  
breves,  
in orbem posita, Fig. 12.  
extroasum acuminatae, Fig. 13.  
introrsum dehiscentes. Fig. 14.

S. SEMINA.

Fig. 14. 15.  
\* aucta.

{ plura,  
subrotunda,  
parva.

(OBS. „Numerus saepe luxurians maior evadit, praesertim in partibus femininis. „ *Linn. l. c.*) *Weiß*.

*Nomen triviale*: SEMPERVIVUM *tectorum*. *Linn. Sp. pl. p. 664. n. 3.* *german.* Dachhauslaub; Hauszwurz.  
*angl.* great Houseleek.

*Habit.* in Europae tectis antiquarum aedium, et collibus.  
*Planta perennis.*



Classis XII, Ordo I.

## ICOSANDRIA. MONOGYNIA.

## P U N I C A.

LINN. Gen. n. 618.

Tab. 41.

K. CALYX.

Fig. 1. 2. 3.

PERIANTHIUM monophyllum,  
 campanulatum,  
 femi quinquefidum,  
 acutum,  
 coloratum,  
 superum,  
 (persistens. Linn.) *Weiß*, Fig. 6. K.

Fig. 3. *Seçtio longitudinalis calycis.*C.  
COROLLA.

Fig. 1.

Petala quinque,  
 subrotunda,  
 erecto-patentia,  
 calyci inserta.

STAMINA.

Fig. 1. 2. 3. 4.

f. Filamenta numerosa, Fig. 1.  
 capillaria,  
 calyce breviora, Fig. 3.  
 calyci inserta.  
 a. Antherae oblongiusculae.

Fig. 4. a. *Stamen cum anthera magnitudine naturali.*

\*. *Idem* auçum. *Antherae* forma notabilis, referens *scutellum umbilicatum*, cum prominentia scilicet centrali subovata.

- PISTILLUM.** {
  - g. *Germen inferum.*
  - s. *Stylus simplex,*  
longitudine staminum.
  - t. *Stigma capitatum.*
- P.  
**PERICARPIUM.** {
  - POMUM subglobosum,  
pedunculatum, *p.*
  - calyce coronatum; *Fig. 6. K.*
  - novemloculare. *Fig. 7. l.*

*Fig. 7. d. Dissepimenta.*

r. *Receptaculum membranaceum,*  
singulum loculamentum bifariam dividens.

- S. SEMINA.** {
  - plurima,
  - subrotunda,
  - succulenta.

*Fig. 8. i. Semen cinctum pulpa succulenta, quae membrana tenerrima includitur.*

m. *Semen separata pulpa.*

n. *Eiusdem sectio transversalis.*

*Nomen triviale:* PUNICA *Granatum.* Linn. Sp. Pl. p. 676. n. 1. *German.* gememeiner Granatbaum; Granatapfelbaum. *angl.* Pomegranate.

*Habit.* in Hispania, Italia, Mauritania, solo cretaceo. *Arbor.*

Classis XII. Ordo II.

ICOSANDRIA. DIGYNIA.

CRATAEGUS.

LINN. Gen. n. 622.

Tab. 42.

- |   |   |  |
|---|---|--|
| <p><b>K. CALYX.</b><br/>Fig. 1. 4.<br/>* auctus.</p>                | } | <p><b>P</b>ERIANTHIUM monophyllum,<br/>concavo-patens,<br/>quinquedentatum,<br/>persistens.</p>                        |
| <p><b>C.</b><br/><b>COROLLA,</b><br/>Fig. 2. 3. 6.<br/>* aucta.</p> | } | <p><i>Petala</i> quinque,<br/>subrotunda,<br/>concava,<br/>sessilia,<br/>calyci inserta. Fig. 6. *</p>                 |
| <p><b>STAMINA.</b><br/>Fig. 2. 4. 5.<br/>* aucta.</p>               | } | <p><i>f. Filamenta</i> viginti,<br/>subulata,<br/>calyci inserta. Fig. 4. *<br/><i>a. Antherae.</i> subrotundae.</p>   |
| <p><b>PISTILLUM.</b><br/>Fig. 2. 4. 6.<br/>* auctum.</p>            | } | <p><i>g. Germen</i> inferum.<br/><i>s. Styli</i> duo,<br/>filiformes,<br/>erecti.<br/><i>t. Stigmata</i> capitata,</p> |

Fig. 6. Germinis sectio longitudinalis.

P.  
**PERICARPIUM.** { BACCA carnofa,  
 subrotunda,  
 umbilicata.

Fig. 7. 8. 9.

Fig. 8. *Baccæ* ſectio *transverſalis*;

Fig. 9. *longitudinalis*.

S.  
**SEMINA.** { bina,  
 oblongiuſcula,  
 diſtincta,  
 cartilaginea.

Fig. 10.

\* *aucta*.

*Nomen triviale*: CRATAEGUS *Aria*. Linn. Sp. Pl. p. 681. n. 1. *german.* Arolsbeerbaum Eisbeerbaum; Meelbeerbaum; Hagedorn. *angl.* white Bean-tree.

*Habit.* in frigidioribus Europae, Helvetia, Anglia, Germania, Suecia. *Frutex*.

Classis XII. Ordo III.

## ICOSANDRIA. TRIGYNIA.

## S O R B U S.

LINN. Gen. n. 623.

Tab. 43.

<p>K. CALYX. Fig. 1. 5. 6. * auctus.</p>	<p>P<small>ER</small>IANTHIUM monophyllum, concavo - patens, quinquedentatum, persistens. Fig. 5. * 6 *</p>
<p>COROLLA. Fig. 2. 3. 6. * aucta.</p>	<p>P<small>ET</small>ALA quinque, subrotunda, concaua, sessilia, calyci inserta. Fig. 6. *</p>
<p>STAMINA. Fig. 2. 4. 6. * aucta.</p>	<p>f. Filamenta viginti, subulata, calyci inserta. Fig. 6. * a. Antherae subrotundae,</p>
<p>PISTILLUM. Fig. 2. 5. 6. * auctum.</p>	<p>g. Germen inferum. s. Styli tres, filiformes, erecti. t. Stigmata capitata.</p>

Fig. 6 \*. Sectio longitudinalis germinis.

P.  
 PERICARPIUM. { BACCA mollis,  
 Fig. 7. 8. { globosa,  
 { umbilicata.

Fig. 8. Sectio transversalis baccae.

S. SEMINA. { tria, oblongiuscula,  
 Fig. 8. 9. { distincta,  
 \* auctum. { cartilaginea.

*Nomen triviale:* SORBUS *aucuparia*. Linn. Sp. Pl. p. 683. n. I. *german.* wilder Sperberbaum; Vogelbeerbaum; Quitschernbaum. *angl.* Quicken-tree; Mountain-Ash.

*Habit.* in Europae frigidioribus. *Arbor.*

Classis XII. Ordo IV.

## ICOSANDRIA. PENTAGYNIA.

## P Y R U S.

LINN. Gen. n. 626.

Tab. 44.

K. CALYX.  
Fig. 1. 4. 5. 6.

P E R I A N T H I U M monophyllum,  
concavum,  
femiquinquefidum,  
persistens: Fig. 6. 7.  
laciniis patentibus,  
(acutis.) *Weiß.*

C.  
COROLLA.  
Fig. 2. 3. 5.

Petala quinque,  
subrotunda,  
concava,  
magna,  
calyci inserta. P. Fig. 5.

S T A M I N A.  
Fig. 2. 4. 5.

f. Filamenta viginti,  
subulata,  
corolla breviora,  
calyci inserta. Fig. 5. f.  
a. Antherae simplices,  
(subrotundae,  
fulcatae.) *Weiß.*

## PISTILLUM.

Fig. 2. 5. 6.

g. *Germen inferum.*  
 s. *Styli quinque,*  
*filiformes,*  
*longitudine staminum.*  
 t. *Stigmata simplicia.*  
 (subcapitata.) *Weiß.*

Fig. 5. *Germinis Sectio longitudinalis.*P.  
PERICARPIUM.

Fig. 7. 8. 9.

POMUM subrotundum, Fig. 7.  
 umbilicatum, K. u. Fig. 7.  
 carnosum,  
*loculis membranaceis.* L. Fig. 8. 9. 11.  
 quinqueloculare, L. Fig. 8.

Fig. 11. (superior.) *Loculus membranaceus, semen includens,*  
 (inferior) Z. *Idem, expansis membranis.*

## S. SEMINA.

Fig. 10. 11. 12.

nonnulla,  
 (quaedam haud muturescunt,)  
 oblonga,  
 obtusa,  
 basi acuminata,  
 hinc convexa,  
 inde plana.

Fig. 10. S *Semen singulum integrum.*Fig. 12. X. a. *Seminis, cuticula propria induti, transversalis*  
sectio.b. *longitudinalis.*

*Nomen triviale:* PYRUS *Malus.* Linn. Sp. Pl. p. 686.  
 11. 2. *german.* zahmer Apfelbaum; (Kochapfel.) *angl.*  
 Codlin - Apple.

*Habit.* in Europa. *Arbor.*



Classis XII. Ordo V.

## ICOSANDRIA. POLYGYNIA.

## R U B U S.

LINN. Gen. n. 632.

Tab. 45.

## K. CALYX.

Fig. 1. 4.

PERIANTHIUM monophyllum,  
 quinquepartitum:  
*laciniis* oblongis,  
 acuminatis,  
 patentibus,  
 persistentibus. Fig. 8. 12.

## C. COROLLA.

Fig. 2. 3.

*Petala* quinque,  
 subrotunda,  
 longitudine calycis,  
 patentia,  
 (erecto - patentia *Linn.*) *Weiß.*  
 calyci inferta.

## S T A M I N A.

Fig. 2. 4. 5.

\* aucta.

*f. Filamenta* numerosa,  
 corolla breviora.  
 calyci inferta.  
*a. Antheraë* subrotundae,  
 compressae.

## P I S T I L L U M.

Fig. 6. 7.

\* auctum.

*g. Germina* numerosa.  
*s. Styli* filiformes,  
 e latere germinum orti;  
*t. Stigmata* simplicia.

P.  
PERICARPIUM. { BACCA composita, ex  
                          { acinis subrotundis, Fig. 10. a. \*.  
                          { in capitulum, convexum,  
Fig. 8. 9. 10.       { infra concavum, Fig. 9. collectis:  
                          { singulis unilocularibus.

S. SEMINA. { solitaria,  
Fig. 11. \* auct. { oblonga.

*Receptaculum pericarpiorum conicum. Fig. 12. R.*

*OBS.* Acini baccarum, coaliti sunt in *Baccam compositam*, nec sine lactatione distinguibiles. (*RUBUS saxatilis* L. acinis distinctis baccas profert. *RUBUS Chamaemorus* L. dioicus est. Linn. l. c.) *Weiß.*

*Nomen triviale:* RUBUS fruticosus. Linn. Sp. Plant. p. 707. n. 5. *german.* Brombeerstrauch; Brombeerstaude. *angl.* Bramble.

*Habit.* in sepibus praesertim maritimis Europae. *Frutex.*

Classis XIII. Ordo I.

POLYANDRIA. MONOGYNIA.

SARRACENIA.

LINN. Gen. n. 652.

Tab. 46.

K. CALYX.

Fig. 1. 2. 3.

PERIANTHIUM duplex:*inferius* K. Fig. 1.

tryphillum,

*foliolis* ovatis,minimis, deciduis. *f.**superius* K. Fig. 2.

pentaphyllum,

*foliolis* maximis,

subovatis, deciduis.

C.  
COROLLA.

Fig. 3. 4.

PETALA quinque,

ovata, inflexa, Fig. 4.

inter angulos

stigmatis assurgentia, Fig. 3.

tegentia stamina;

stigma amplexantia, Fig. 3.

*unguibus* ovato-oblongis,rectis. *u.* Fig. 4.

STAMINA.

Fig. 5. 6.

*f.* Filamenta numerosa,

parva.

*a.* Antherae simplices.

Fig. 5. \* Stamen singulum auctum,

## PISTILLUM.

Fig. 3. 6.

g. *Germen* subrotundum, Fig. 6.  
 fulcatum.  
 s. *Stylus* cylindraceus,  
 superne crassior.  
 t. *Stigma* clypeatum, Fig. 3.  
 peltatum, Fig. 6.  
 membranaceum,  
 persistens, Fig. 7.  
 tegens stylum, germen,  
 et stamina, Fig. 3.  
 quinquangulare;  
*sinus* lunati quinque  
 angulos excipiunt;  
*apices angulorum*  
 obtuse emarginati,  
 reflexi,  
 linea quasi bipartiti,  
 inferne carinati;  
*carinae* usque ad infertionem  
 styli extensae,  
 arcuatim decurrentes  
 ad apicem, qui  
 inde crassescit. Fig. 6.

P.  
PERICARPIUM.

Fig. 7. 8. 9.

CARSULA subrotunda,  
 exterius scabra,  
 quinquelocularis, Fig. 8.  
 quinquevalvis. Fig. 9.

S.  
SEMINA.

Fig. 9. 10.

plurima,  
 subrotunda,  
 acuminata,  
 parva,  
*columellae* affixa. Fig. 9. c.

*Nomen triviale:* SARRACENIA flava. Linn. Sp. Pl.  
 p. 729. n. 2. *german.* gelbe Sarracenie; Sarrazine. *engl.*  
 yellow Side-Saddle Flower.

*Habit.* in Americae septentrionalis udis. *Planta perennis.*

Classis XIII. Ordo II.

## POLYANDRIA. DIGYNIA.

## P A E O N I A.

LINN. Gen. n. 678.

Tab. 47.

K. CALYX.

Fig. 1. 3.

C.

COROLA.

Fig. 2.

STAMINA.

Fig. 2. 3. 4.

PERIANTHIUM pentaphyllum,  
parvum,  
persistens: Fig. 5.  
foliis subrotundis,  
concavis,  
reflexis,  
magnitudine et  
situ inaequalibus.

Petala quinque,  
subrotunda,  
concava,  
basi angustiora,  
patentia,  
maxima.

f. Filamenta numerosa,  
(trecenta circiter,)   
triplici serie germina  
ambientia, Fig. 4.  
capillaria,  
brevia.

a. Antherae oblongae,  
quadrangulae,  
erectae,  
quadrioculares,  
magnae.

## PISTILLUM.

Fig. 2. 4.

- g. *Germina* duo,  
 ovata, erecta,  
 tomentosa.  
 (*Stylis nulli. Linn.)* *Weiß.*
1. *Stigmata* compressa,  
 oblonga, obtusa,  
 colorata,  
 recurva.

P.  
PERICARPIUM.

Fig. 5.

- CAPSULAE duae,  
 ovato-oblongae,  
 reflexo patentes,  
 tomentosae,  
 uniloculares,  
 univalves,  
 longitudinaliter introrsum  
 dehiscentes.

## S. SEMINA.

Fig. 5. 6.

- plura,  
 ovalia,  
 colorata,  
 nitida,  
 futurae dehiscenti  
 affixa. *Fig. 5.*

(OBS. *Linn. l. c.* „Numerus germinum naturalissimus viderur binarius; maxime tamen variat in speciebus: ad quinarium numerum vim ascendit.“) *Weiß.*

*Nomen triviale: PAEONIA officinalis.* Linn. Sp. Pl. p. 747. n. I. *german.* gemeine Päonie; Pfingstrofe; Gichtrose. *angl.* Piony of the Shops.

*Habit.* in nemoribus montium Idae, Helvetiae. *Planta perennis.*

Classis XIII. Ordo III.

## POLYANDRIA. TRIGYNIA.

## ACONITUM.

LINN. Gen. n. 682.

Tab. 48.

C A L Y X,

nullus

*Petala* quinque,  
 inaequalia, Fig. 1. 2.  
 (per paria opposita: Linn.) *Weiß.*  
*s. supremum*, galeato-tubulatum,  
 (inversum, Linn.) *Weiß.*  
 dorso sursum spectans,  
 obtusum;  
 apice ad basin reflexo,  
 acuminato; (cui apici,  
 basis annectens opposita est. Linn.)  
*Weiß.*

C.

COROLLA.

Fig. 1. 2.

*l. lateralia*, duo, lata,  
 subrotunda, opposita,  
 conniventia:  
*i. infima duo*, oblonga,  
 deorsum spectantia.

N.

NECTARIA.

Fig. 2. 3. 4. 5.

*duo*, sub petalo  
 fornicato C. s.  
 recondita, Fig. 2. 3. b.  
 pedunculata, fistulosa, nutantia;  
 ore obliquo,  
 labio recurvo, (cauda recurva, Linn.)  
*Weiß.*  
*pedunculis* subulatis, longis.  
 Fig 4. Nectarii Sectio longitudinalis.  
*Squamulae*, sex, brevissimae,  
 subrotundae, coloratae  
 Nectaria ambientes. Fig. 5. s.

## STAMINA.

Fig. 1. 2. 6.

\* auctum.

- f. *Filamenta* plurima, subulata, brevia, basi latiora, versus petalum fornicatum C. s. Fig. 1. inclinata.
- a. *Antherae* erectae, parvae, cordatae.

## PISTILLUM.

Fig. 2. 7.

- g. *Germina* tria, (saepe quinque,) Fig. 2. 7. oblonga; in
- s. *Stylos* definitia, longitudine staminum.
- t. *Stigmata* simplicia, acuminata, (reflexa. Linn.) Weiß.

## P.

## PERICARPIUM.

Fig. 8. 9.

- CAPSULAE totidem, (quot germina) Weiß. ovato-subulatae, erectae, univalves, introrsum dehiscentes.

## S. SEMINA.

Fig. 10.

\* auctum.

- plurima, angulata, rugosa.

Fig. 2. 7. x. *Stipulae* simplices sub flore.) Weiß.

*Nomen triviale*; ACONITUM *Napellus*. Linn. Sp. Pl. p. 751. n. 4. *german.* blauer Sturmhut; blaues Eifenhutlein; blaue Wolfswurz; Mönchskappe. *angl.* Wolfs-Bane; Monk's - Hood.

*Habit.* in Helvetia; Bavaria; Gallia. *Pl. perennis.*



Classis XIII. Ordo V.

## POLYANDRIA. PENTAGYNIA.

## AQUILEGIA.

LINN. Gen. n. 684.

Tab. 49.

CALYX, nullus.

C.

COROLLA.

Fig. 1. 2.

Petala quinque,  
 lanceolato-ovata,  
 plana, patentia,  
 aequalia.

N.

NECTARIA.

Fig. 1. 3. 4. 5.

quinque,  
 aequalia, Fig. 3.  
 cum petalis alterna: Fig. 1.  
*singulum* corniculatum,  
 superne sensim latius,  
 ore obliquo,  
 extrorsum ascendente,  
 introrsum receptaculo  
 annexo. Fig. 4.  
 inferne productum in  
*tubum* longum,  
 attenuatum,  
 apice obtuso, incurvato.

Fig. 5. Seditio longitudinalis.

STAMINA.

Fig. 1. 6. 7.

\* auctum.

f. Filamenta plurima,  
 (triginta ad quadraginta),  
 subulata,  
 exteriora breviora. Fig. 6.  
 a. Antherae oblongae,  
 erectae,  
 altitudine nectariorum.

## PISTILLUM.

Fig. 7. 8.

- g. *Germina* quinque,  
ovato - oblonga,  
definentia in  
s. *Stylos* fubulatos,  
staminibus longiores.  
t. *Stigmata* erecta, simplicia.

*Paleae* decem Fig. 9. p.  
rugosae, breves,  
germina distinguunt,  
involvunt. Fig. 7. p.

P.  
PERICARPIUM.

Fig. 9. 10. 12.

- CAPSULAE quinque, Fig. 9.  
cylindratae,  
parallelae,  
rectae,  
acuminatae,  
univalves,  
ab apicibus  
introrsum dehiscentes. Fig. 10. d.

## S. SEMINA.

Fig. 11. 12.

\* auctum.

- plurima,  
ovata,  
carinata,  
futurae dehiscenti  
annexa. Fig. 12.

*Nomen triviale*: AQUILEGIA vulgaris. Linn. Sp. Pl.  
p. 752. n. 1. german. gemeiner Ackeley. angl. Aquilegia; Columbine.

*Habit.* in Europae nemoribus et saxosis. *Planta perennis.*

Classis XIII. Ordo VI.

POLYANDRIA. HEXAGYNIA.

STRATIOTES.

LINN. Gen. n. 687.

Tab. 50.

- K. CALYX.  
Fig. 1. 2. 3.
- S. SPATHA diphylla, Fig. 1. 2.  
uniflora,  
compressa,  
obtusa,  
connivens,  
persistens, Fig. 10.  
utrinque carinata;  
carinis dentatis  
spinis brevibus.
- PERIANTHIUM monophyllum, Fig. 1. 2. 3.  
tripartitum,  
erectum,  
deciduum.
- C.  
COROLLA.  
Fig. 2. 4.
- Petala tria,  
obcordata,  
erecto-patentia,  
calyce duplo maiora.
- STAMINA.  
Fig. 5. 6.  
\* auctum.
- f. Filamenta viginti,  
brevia,  
(longitudine perianthii, Linn.) Weisß.  
receptaculo inserta.
- a. Antherae simplices,  
sagittato-lanceolatae,  
erectae.

## PISTILLUM.

Fig. 7. 8. 9.

\* auctum.

- g. *Germen inferum.*
- s. *Styli sex,*  
bipartiti, Fig. 9. \*  
(bifidi,) *Weiß.*  
flaminum longitudine.
- t. *Stigmata simplicia.*

P.

## PERICARPIUM.

Fig. 10. 11.

- BACCA
- capsula tecta,
- ovalis,
- utrinque attenuata,
- sexangularis,
- (angulis obtusis,) *Weiß.*
- sexlocularis. Fig. 11.

## S. SEMINA.

Fig. 12.

\* auctum.

- plurima,
- oblonga,
- incurva,
- fere alata. Fig. 12. \*

*Nomen triviale:* STRATIOTES *Aloides.* Linn. Sp. Pl. p. 754. n. 1. *german.* europäische Krebsfcheere: Wasser-Aloe; *angl.* Water-Aloe: fresh Water Soldier.

*Habit.* in Europae septentrionalis aquis pigris, puris.  
*Planta perennis.*

Classis XIII. Ordo VII.

POLYANDRIA. POLYGYNIA.  
RANUNCULUS.

LINN. Gen. n. 699.

Tab. 51:

- K. CALYX. { PERIANTHIUM pentaphyllum;  
 Fig. 1. } *foliulis ovatis,*  
*concavis,*  
*subcoloratis,*  
*deciduis.*
- C. COROLLA. { *Petala* quinque,  
 Fig. 2. 3. } *obtusa,*  
*nitida;*  
*unguibus parvis. Fig. 4. u.*
- N. NECTARIA. { *fovea,* in singulo petalo,  
 Fig. 4. 5. } *supra unguem. Fig. 5 \* valde aucta.*
- STAMINA. { *f. Filamenta* plurima,  
 Fig. 2. 6. } *corolla dimidio breviora.*  
*a. Antherae* erectae,  
*oblongae,*  
*obtusae, didymae.*
- PISTILLUM. { *g. Germina* numerosa,  
 Fig. 7. 8. } *in capitulum collecta.*  
*Styli* nulli.  
*t. Stigmata* reflexa,  
*minima.*

Fig. 6. \* *Stamen* valde auctum.

Fig. 8 \* *Germen.* valde auctum:

P.	{	nullum.
PERICARPIUM.		<i>Receptaculum</i> , pedunculis minutissimis femina annectens. R. S.
Fig. 9. * auct.		
S. SEMINA.	{	plurima, irregularia, (figura incerta, <i>Linn.</i> ) <i>Weiß</i> . apice reflexo.
Fig. 9. 10.		

Fig. 10. \* Semen valde auctum.

OBS. *Character essentialis* consistit in *Nectario*; reliquae partes fructificationis semper sunt inconstantes: hinc, *Nectario* incognito, tanta confusio generis.

*Nectarium* in aliis speciebus porus apertus, nudus; in aliis, margine cylindraceo cinctus; in aliis, *squamula* emarginata clausus.

*Nomen triviale*: RANUNCULUS *bulbosus*. Linn. Sp. Pl. p. 778. n. 25. *german.* knolligwurzlicher Hahnenfusz. *angl.* Crowfoot; Butter-cup.

Habit. in Europae pratis et pascuis. *Planta perennis*.

Classis XIV. Ordo I.

## DIDYNAMIA. GYMNOSPERMIA.

## M E L I T T I S.

LINN. Gen. n. 731.

Tab. 52.

K. CALYX.  
Fig. 1. 2.

**P**ERIANTHIUM monophyllum,  
campanulatum, teres,  
rectum, villosum,  
(persistens:) *Weiß.*  
ore bilabiato:

*Labium superius*  
altius, emarginatum,  
acutum.

*Labium inferius*  
brevius, trifidum,  
acutum,  
lacinulis dehiscentibus.

C.  
COROLLA.  
Fig. 2. 3. 4.

monopetala, *ringens.*  
*Tubus* calyce longior, angustior;  
*Faux* vix tubo crassior;  
*Labium superius* Fig. 4. S.  
erectum, subrotundum,  
planum.  
*Labium inferius* Fig. 4. i.  
patens trifidum,  
obtusum;  
*lacinula intermedia* maiore,  
crenata.

## STAMINA.

Fig. 2. 3. 4. 5.

\* auctum.

- f. *Filamenta* quatuor,  
 subulata  
 sub labio superiore; quorum  
*intermedia* breviora exterioribus.  
 a. *Antherae* conniventes per  
 paria in crucem,  
 bifidae, obtusae.

## PISTILLUM.

Fig. 6.

\* auctum.

- g. *Germen* obtusum,  
 quadrifidum,  
 villosum.  
 s. *Stylus* filiformis,  
 longitudine et situ staminum.  
 t. *Stigma* bifidum,  
 acutum.

## PERICARPIUM.

- nullum.  
*Calyx* immutatus,  
 femina in fundo continens. Fig. 7.

S.  
SEMINA.

Fig. 8.

- quatuor;  
*exterius* convexa,  
 villosa,  
*interius* angulata.

*Nomen triviale:* MELITTIS *Melissophyllum*. Linn. Sp. Pl. p. 832. n. 1. *german.* Immenblat; Bergmelisse. *angl.* Melittis with Balm leaves.

*Habit.* in dumetis subalpinis Germaniae, Helvetiae, Austriae, Angliae, Monspelii. *Planta perennis.*



Classis XIV. Ordo II.

## DIDYNAMIA. ANGIOSPERMIA.

## MELIANTHUS.

LINN. Gen. n. 795.

Tab. 53.

## K. CALYX.

Fig. 1, 2, 3.

PERIANTHIUM magnum,  
 quinquepartitum; coloratum,  
 inaequale:  
*Laciniis duabus superioribus l.*  
 oblongis, erectis;  
*Lacinia infima s.*  
 brevissima, facciformi,  
 deorsum gibba;  
*Laciniis intermediis i.*  
 oppositis interioribus,  
 lanceolatis.

C.  
COROLLA.

Fig. 3. 4.

*Petala* quinque,  
 lanceolata - linearia;  
*c. superius* erectum,  
 simplex.  
*r. quatuor* reliqua  
 superius patentia,  
 apicibus reflexis.

(„Petala quatuor, lanceolato - linearia, apicibus reflexis, parallelo-patentia, extrorsum versa, Labium inferius (uti Calyx ipse superius) constituenta, lateralibus in medio connexa.” LINN. l. c.) — *Quintum ergo petalum,* (Fig. 3. 4. c.) LINNAEUS omisit; nisi Eius verba: *summis simplicibus, erectis,* sub finem subscriptionis laciniarum calycis, de petalo quinto intelligenda sint. Ad evitandum errorem, omisimus in Versione haecce verba adiecta licet a Cl. MILLERO in textu anglico. *Weiß.*

N.  
NECTARIUM.

Fig. 1. 2. 3. 5.

monophyllum, intra infimam  
laciniam calycis positum,  
eique cum receptaculo  
adnatum, *Fig. 5. N. s.*  
brevissimum, utrinque compressum,  
margine incisum,  
dorso deorsum spectans.

*Fig. 5. t.* Sectio eius longitudinalis,

STAMINA.

Fig. 3. 6.

*f.* Filamenta quatuor, subulata,  
erecta, longitudine  
calycis; quorum  
*duo inferiora paullo*  
breviora.  
*a.* Antherae cordato-oblongae, a  
parte antica quadriloculares.

PISTILLUM.

Fig. 3. 6. 7.

*g.* Germen tetragonum, gibbum,  
quadridentatum.  
*s.* Stylus erectus, subulatus,  
longitudine et situ staminum.  
*t.* Stigma quadrifidum,  
(lacinula summa maiore *Linn.*) *Weiß.*

P.  
PERICARPIUM.

Fig. 8. 9.

CAPSULA quadrangularis,  
quadrilocularis, *Fig. 9.* femiquadrifida;  
*Fig. 8.*  
angulis acutis distantibus;  
*loculis inflatis;*  
*dissepimentis* in centro apertis  
pro receptaculo feminum;  
dehiscens inter angulos. *d.*

S. SEMINA. { quaterna subglobosa,  
 Fig. 10. { centro capsulae annexa.

OBS. *Flos est bilabatus: cuius Labium superius e quatuor laciniis superioribus calycis, et petalo erecto componitur; Labium inferius e lacinia sacciformi calycis, et quatuor petalis apicibus reflexis.*

*Nomen triviale: MELIANTHUS maior.* Linn. Sp. Pl. p. 892. n. 1. *german.* grofse Honigblume. *angl.* Melianthus; great Honey - Flower.

*Habit.* in Aethiopia. *Planta perennis.*

Classis XV. Ordo I.

## TETRADYNAMIA. SILICULOSA.

## LUNARIA.

LINN. Gen. n. 809.

Tab. 54.

## K. CALYX.

Fig. 1. 2.

\* auctus.

P  
ERIANTHIUM tetraphyllum,  
oblongum:  
*foliolis ovato-oblongis,*  
obtusis,  
conniventibus,  
apice patentibus,  
deciduis; quorum  
*duo* alterna,  
basi gibba,  
faccataque. g.

C.  
COROLLA.

Fig. 2. 3.

tetrapetala,  
*cruciformis.*  
*Petala* integra,  
obtusa,  
magna,  
longitudine calycis,  
desinentia in  
*ungues*, eiusdem  
longitudinis. Fig. 3. u.

## STAMINA.

Fig. 4. 5.

f. *Filamenta* sex,  
subulata, quorum  
*quatuor* longitudine calycis,  
*duo* vero paullo breviora.  
a. *Antherae* erecto-patentes.

## PISTILLUM.

Fig. 5. 6.

\* auctum.

- g. *Germen pedicellatum*, Fig. 6. p.  
ovato-oblongum.  
s. *Stylus* (brevis, Linn.) Weiß.  
conico-subulatus.  
t. *Stigma obtusum*,  
integrum.

## P. PERICARPIUM

Fig. 7. 8.

- SILICULA elliptica,  
plano-compressa,  
integra,  
erecta,  
maxima,  
pedicellata, p.  
stylo terminata, s.  
bilocularis, Fig. 8.  
bivalvis:  
*dissipimento* valvulis parallelo.

## S. SEMINA.

Fig. 8. 9.

- nonnulla,  
reniformia,  
compressa,  
marginata,  
in medio Siliculae posita:  
*Receptaculis* filiformibus  
futuris lateralibus infertis.

*Nomen triviale*: LUNARIA *annua*. Linn. Spec. Plant.  
p. 911. n. 2. *german.* jähriges Mondkraut; Mondviole;  
Silberblume. *angl.* annual Lunaria; Moonwort; Satin-  
Flower; Honesty.

*Habit.* in Germania. *Planta annua.*

Classis XV. Ordo II.

TETRADYNAMIA. SILIQUOSA.  
CHEIRANTHUS.

LINN. Gen. n. 815.

Tab. 55.

K. CALYX.

Fig. 1. 2.

C. COROLLA.

Fig. 2. 3.

STAMINA.

Fig. 4. 5.

\* aucta.

P ERIANTHIUM tetraphyllum,  
compressum:  
foliis lanceolatis,  
concavis, erectis,  
parallelo - conniventibus,  
deciduis;  
quorum duo exteriora basi gibba. g.  
tetrapetala, cruciformis:  
Petalae (subrotunda, Linn.)  
obtusissima, Mill.  
calyce longiora;  
unguibus longitudine calycis. Fig. 3. u.  
f. Filamenta sex,  
subulata, parallela,  
calyce breviora;  
(longitudine calycis, Linn.) Weiß.  
horum duo, intra foliola calycina  
gibba, paullo breviora. g.  
a. Antherae erectae,  
basi bifidae,  
apice acutae,  
et reflexae.  
Glandulae nectariferae (quatuor,)  
Weiß.  
basin staminum breviorum  
(utrinque una,) Weiß.  
cingunt. Fig. 5. 6. \* g.

PISTIL-

## PISTILLUM.

Fig. 4. 5.

\* auctum.

- g. *Germen* prismaticum,  
tetragonum,  
longitudine staminum.
- s. *Stylus* brevissimus,  
compressus.
- t. *Stigma* ovatum,  
bipartitum,  
reflexum;  
crassiusculum,  
persistens.

P.

## PERICARPIUM.

Fig. 7. 8. 9.

- SILIQUA longa,  
compressa,  
duobus angulis oppositis obliteratis,  
(denticulo notatis, *Linn.*) *Weiß.*  
bilocularis, *Fig. 8. \**  
bivalvis, *Fig. 9. v.*  
Stylo brevissimo, et Stigmate bifido,  
erecto, s. *Fig. 9. instructa.*

## S. SEMINA.

Fig. 9.

- plurima,  
pendula, alterna,  
subrotunda, compressa,  
margine membranaceo.

*Nomen triviale:* CHEIRANTHUS *incanus.* *Linn. Sp. Pl. p. 924. n. 6.* *german.* besläubte Levcoje; Winter-Levcoje. *angl.* Stock July-Flower, covered with a whitish down.

*Habit.* in Hispaniae maritimis. *Planta perennis.*

Classis XVI. Ordo II.

## MONADELPHIA. PENTANDRIA.

## HERMANNIA.

LINN. Gen. n. 828.

Tab. 56.

## K. CALYX.

Fig. 1. 2.

\* auctus.

PERIANTHIUM monophyllum,  
 quinquefidum,  
 subrotundum,  
 inflatum:  
*lacinulis inflexis,*  
 persistens. Fig. 8.

## C. COROLLA.

Fig. 2. 3. 4.

\* aucta.

pentapetala,  
 spiralis contra solem; Fig. 3. \* C.  
*ungues* longitudine calycis,  
 utrinque aucti membranula,  
 connivente in tubum  
 cucullatum,  
 nectariferum: Fig. 4. \* U.  
*limbus patens, l.*  
 latiusculus,  
 obtusus.

## STAMINA.

Fig. 5. 7.

f. *Filamenta* quinque,  
 latiuscula,  
 in *unum corpus*  
 inferne coalita.  
 a. *Antherae* erectae,  
 acuminatae,  
 conniventes.



- PISTILLUM. {
- Fig. 6. 7.
- g. *Germen* subrotundum,  
pentagonum.
  - s. *Styli* quinque,  
filiformes,  
approximati,  
fubulati,  
staminibus longiores.
  - t. *Stigmata* simplicia.
- P.
- PERICARPIUM. {
- Fig. 8. 9. 10.  
\* auctum.
- CAPSULA subrotunda,  
pentagona,  
quinelocularis, *Fig. 10.\**  
apice dehiscens.
- S. SEMINA. {
- Fig. 10. 11. \* aucta.
- plurima,  
parva.

*Nomen triviale:* HERMANNIA *Alnifolia*. Linn. Sp. Pl. p. 942. n. 2. *german.* Erlenblättrige Hermannie.  
*angl.* Hermannia with Alder leaves.

*Habit.* in Aethiopia. *Frutex.*

Classis XVI. Ordo IV.

## MONADELPHIA. DECANDRIA.

## GERANIUM.

LINN. Gen. n. 832.

Tab. 57.

K. CALYX.

Fig. 1.

PERIANTHIUM monophyllum,  
 quinquepartitum:  
*laciniis lanceolatis, acutis,*  
*concavis,*  
*persistentibus. Fig. 8.*

C. COROLLA.

Fig. 2. 3.

*Petala quinque,*  
*(subinaequalia) Weiß.*  
*oblongo ovata, (in hac specie) Weiß.*  
*patentia, magna.*

STAMINA.

Fig. 4. 5. 6.

\* aucta.

*f. Filamenta decem,*  
*subulata,*  
*apice patentia,*  
*alterna longiora, Fig. 5. 6. \**  
*corolla breviora.*  
*a. Antherae ovatae,*  
*versatiles.*

PISTILLUM.

Fig. 7.

\* auctum.

*g. Germen quinquangulare,*  
*rostratum. R.*  
*s. Stylus subulatus,*  
*staminibus longior,*  
*persistens. Fig. 8. 9. \* R.*  
*t. Stigmata quinque,*  
*reflexa.*

P.

PERICARPIUM.

Fig. 8. 9.

nullum.

*Fruetus* pentacoccus, S.

rostratus, R.

S.

SEMINA.

Fig. 10. 11.

\* aucta.

folitaria,

oblonga

(in hac, in aliis speciebus reniformia.)

*Weiß.*

in permultis speciebus arillata.

*Arista* longissima,

post dehiscenciam

a basi sursum spiralis. R. Fig. 9. 10. 11.\*

**OBS.** GERANIIS *africanis* vulgo: Calyx basi tubulosus, monophyllus. Fig. 1. K. Petala inaequalia. Filamenta basi leviter connata. Fig. 4. 5. 6. Antherae communiter 7 tantum. Semina nuda, arista plumosa. Fig. 9. 10. 11 \* p. *G. europaeis*: Calyx 5phyllus. (quibusdam Corolla regularis; Filamenta 10 omnia antherifera; aliis alternatim 5 tantum: plurimis connata filamenta, quibusdam distincta. Plurimis Semina nuda; aliis arillata. Arista plurimis plumosa, aut pilosa; aliis laevis.) *Weiß.*

*Nomen triviale*: GERANIUM *zonale*. Linn. Sp. Pl. p. 947. n. 11. (*haud*, uti *Millero*, (III. Syst. sex Linn.) GERAN. *inquinans*, a quo differt pluribus notis characteristicis.) *german.* gesaumter Storchschnabel. *angl.* african Crane's - Bill.

*Habit* in Africa. *Frutex.*

Classis XVI. Ordo VII.

MONADELPHIA. DODECANDRIA.

PENTAPETES.

LINN. Gen. n. 834.

Tab. 58.

I.  
INVOLUCRUM. { uniflorum,  
                  { triphyllum,  
Fig. 1. 2.       { deciduum.

*Involucra*, in *Generibus* omiffam descriptionem, LINNAEUS  
addit in *Speciebus Pl.* p. 959.) *Weiß.*

K. CALYX. { PERIANTHIUM monophyllum,  
                  { quinquepartitum:  
Fig. 1. 3.     { *laciniis* acutis, erectis,  
                  { oblongis, reflexis,  
                  { coriaceis, persistentibus. Fig. 9.

C.  
COROLLA. { monopetala:  
                  { *tubo* cylindraceo Fig. 5. y.  
                  { brevissimo.  
Fig. 4. 5.    { *limbo* patente, quinquepartito;  
                  { *laciniis* latis, subrotundis,  
                  { obtusis.

(*Petala* quinque, oblonga, patentia. *Linn.*) *Weiß.*

## STAMINA.

Fig. 4. 6. 7.

\* aucta.

- f. *Filamenta* quindecim,  
linearia, basi in  
*tubum* conata Fig. 4.
- d. *Filamenta castrata* quinque,  
longiora, colorata, Fig. 7. \* aucta.  
(petaloidea, *Linn. Sp. Pl. l. c.*) *Weiß.*  
erectiuscula, longitudine corollae:  
*Filamenta fertilia* terna  
intercipiuntur *filamento castrato.*
- a. *Antherae* oblongae,  
erectae.

## PISTILLUM.

Fig. 8.

\* auctum.

- g. *Germen* subrotundum,  
quinguefulcum,
- s. *Stylus* cylindraceus,  
longitudine staminum castratorum.
- t. *Stigma* crassiusculum.

P.

## PERICARPIUM.

Fig. 9: 10. 11.

- CAPSULA lignosa,  
subrotunda,  
quinquelocularis, Fig. 10.  
loculamentis bivalvibus. Fig. 11.

## S. SEMINA.

Fig. 12.

\* aucta.

- plura,  
oblonga,  
compressa,  
*ala* membranacea cincta.

*Nomen triviale:* PENTAPETES *phoenicea.* *Linn. Sp. Pl. p. 958. n. 1.* *german.* scharlachrother Fünfräger; Flügelfaame; indianisches Mottenkraut. *angl.* indian Vervain-Mallow.

*Habit.* in India. *Planta annua.*

Classis XVI. Ordo VIII.

## MONADELPHIA. POLYANDRIA.

## A L C E A.

LINN. Gen. n. 840.

Tab. 59.

K. CALYX.

Fig. 1. 2.

PERIANTHIUM duplex:  
*e. exterius* monophyllum,  
 femisextidum,  
 patens,  
 persistens. Fig. 8. 9.  
*i. interius* monophyllum,  
 femiquinquefidum,  
 maius,  
 persistens. Fig. 8. 9.

C.  
COROLLA.

Fig. 3. 4.

*Petala* quinque,  
 basi coalita,  
 obcordata,  
 retusa,  
 (emarginata Linn.) Weisß.  
 patentia.

STAMINA.

Fig. 3. 5. 6.

\* auctum.

*f. Filamenta* numerosa,  
 inferne coalita in  
 tubum subcylindraceum,  
 pentagonum,  
 gradatim ampliorem,  
 corollae infertum.  
 Fig. 3. 5. Sectio longit. Fig. 6.  
*a. Antherae* subreniformes,  
 incumbentes.

PISTILLUM.

Fig. 1. 7.

- g. *Germen orbiculatum.*
- s. *Stylus cylindraceus,*  
erectus.
- t. *Stigmata numerosa,*  
(viginti,) fetacea,  
longitudine styli.

P.  
PERICARPIUM

Fig. 8. 9. 10.

- ARILLI plures,  
in verticillum articulati Fig. 9.  
circum  
*Receptaculum columnare*  
Fig. 9. 10.  
depressum:  
discedentes, Fig. 10.  
introrsum dehiscentes. Fig. 11.

5. SEMINA.

Fig. 11.

- folitaria,  
compresso-reniformia.

Fig. 11. A. *Arillus a semine separatus.*

OBS. Pistillum intra tubi staminum cavum reconditur: sola stigmata eminent. Fig. 3.) *Weiß.*

*Nomen triviale:* ALCEA *rosea.* Linn. Sp. Pl. p. 966.  
n. 1. *german.* Rosenförmige Herbstblume; Stockrose;  
Rosenpappel. *angl.* Holihock; Rose - Mallow.

*Habit. in Oriente. Planta biennis.*

Classis XVII. Ordo II.

## DIADELPHIA. HEXANDRIA.

## FUMARIA.

LINN. Gen. n. 849.

Tab. 60.

K. CALYX.  
Fig. 1. 2.

PERIANTHIUM diphyllum,  
foliolis oppositis,  
aequalibus,  
lateralibus,  
erectis,  
acutis,  
parvis,  
deciduis.

C.  
COROLLA.  
Fig. 2. 3.  
\* aucta.

oblonga,  
tubulata,  
ringens;  
palato prominente,  
faucem claudente:  
Labium superius planum,  
obtusum Fig. 2. 3. u. } Vexillum.  
emarginatum reflexum. }  
Nectarium Fig. 3. 4. \* N. est basis labii  
superioris,  
postice prominens, obtusa.  
Labium inferius, omnino  
simile superiori, versus } Carina.  
basin carinatum. }  
Nectarium est basis carinata, licet in  
hoc, (labio inferiore) minus pro-  
minens.  
Faux Fig. 2. 3. a tetragona,  
obtusum, perpendiculariter } Alae.  
bifida. }



STAMINA. { *f. Filamenta* duo,  
aequalia, lata,  
intra singulum labium singula,  
acuminata.

Fig. 3. 4. 5.

*a. Antherae* tres in singulo  
filamento, terminales.

PISTILLUM.

Fig. 6. 4.

\* auctum.

*g. Germen* oblongum,  
compressum, acuminatum,  
*s. Stylus* (in aliis brevis;) in hac specie,  
longitudine staminum.  
*t. Stigma* orbiculatum, erectum,  
compressum.

P.

PERICARPIUM.

Fig. 7. \* auctum.

{ SILICULA  
unilocularis.

S. SEMINA.

Fig. 8. 9.

{ subrotunda,  
scabra.

(OBS. LINN. Stamina in hoc genere fere sola constantia observantur:  
Figura silicularum varia, itemque magnitudo, numerusque semi-  
num.) *Weiß.*

*Nomen triviale*: FUMARIA *lutea*. Linn. Syst. Veget.  
ed. XIV. p. 637. n. 6. *german.* gelber Erdrauch. *angl.* yel-  
low Fumitory.

*Habit.* in Mauritania. *Planta annua.*

Classis XVII. Ordo III.

## DIADELPHIA. OCTANDRIA.

## POLYGALA.

LINN. Gen. n. 851.

Tab. 61.

## K. CALYX.

Fig. 1. 2. 4.

\* auctus.

C.  
COROLLA.

Fig. 2 -- 9.

\* aucta.

P  
ERIANTHIUM tripartitum,  
(triphylllum Linn.) *Weiß.*  
*laciniis* (foliolis Linn.) *Weiß.*  
ovatis, acutis,  
*duabus* infra,  
*unica* supra corollam, Fig. 4.  
persistentibus.

*papilionacea*, ex figura,  
numero petalorum  
indeterminato existente.  
*Alae* subovatae, Fig. 2. 3. 4. *a.*  
planæ, maximæ,  
extra reliquas corollæ  
partes positæ,  
e dentibus calycis factæ,  
persistentes.

*Vexillum* fere cylindræceum, *v.*  
Fig. 3. 5. 6. 7. 9. \*  
tubulatum, breve;  
*ore* reflexo, parvo;  
bifidum.

*Carina* concava, Fig. 5. 6. \* *c.*  
compressa,  
versus apicem ventricosa.

*Appendix: Carinae corpora*  
plerisque duo, Fig. 5. 6. \* *a.*  
tripartita, Fig. 8. \* (valde aucta.)  
penicilli formia, Fig. 8. \* *p.*  
carinae versus apicem  
affixa. Fig. 3. 5. 6. \* *a.*

